ORATIO LEONHARDI GORETII EQVITIS Poloni de matrimonio sereniſſimi ac potentiſſimi, sereniſſimæ potentiſſimęq; Dei gratia Regis ac Reginæ Angliæ, Hiſpaniæ. &c. Ad populum principesq; Angliæ.

(.˙.)

LONDINI.
IN ædibus Guilhelmi Powell.
ANNO. 1554.

Th. 40. G. 4
4° C. 70 Th. (3)

BIBLIOTHECA BODLEIANA

ORATIO
HARDI LEONIS
GORETII EQVITIS

Potenti de matrimonio tractanda

ut se potentiffimo, tractantiffimus

potentiffimæ Dominæ Elizabethæ Regis

se Potentiffimæ Hilpa-

POTENTISSIMO AC SERENISSIMO PHILIPPO, AC

ſereniſſimæ, potentiſſimæq; Mariæ dei gratia, Regi ac Reginæ, Angliæ, Frãciæ, Neapolis, Ieruſalẽ, & Hiberniæ. Fidei defenſoribus, Principibus Hiſpaniarũ & Siciliæ, Archi ducibus Auſtriæ, Ducibus Mediolani, Burgundię, et Brabantiæ, comitibus Habiſpurgi Flãdriæ Tirolis, Leonardus Goretius Eques Polonus perpetuam optat fœlicitatem et ſua commendat offitia.

(•*•)



Vltum diuq; mihi, Rex ſereniſſime ac ſereniſſima, Regina, de occaſu ac interitu tot potentiſſimorum Regnorum, ac preſtantiſſimorũ Regum cogitanti, quæ nam cauſa ſit, quæ hos vna cum regnis in tam graues calamitates, in tantaſq; conuerſiones coniecerit. Nullã aliam reperio, niſi quod hi in Regnis ſuis ſpreta patrũ religione, quorundam perditorum ac nefariorũ ſecuti, et ſibi, & Regnis ſuis illas calamitates attulerunt. Hinc videmus Samariam, vt ab vltimis repetam Aſſiriorũ armis eſſe deletã. Totam Græciam, Paleſtinã, Orientem, teterrima tirannide Turcica oppreſſum. Germa-

niam vero hæc nostro calamitoso seculo, ac hanc Anglicã rempub. tot tantisq; seditionibus, ciuilibus bellis misere afflictã, ac ex illo pristino statu floreti esse deiectam. Sed vt illa Regna vna cum regibus tam graues calamitates ob impietatem dogmatũ senserunt: sic quicunque Reges religionem patrum religiosissime custodiunt, nec sese patiuntur vlla vi, aut tempestate ab ea, totq; insidiis nefariorum hominũ diuelli, indies magis ac magis vna cum Regnis suis florent, & splendorem suorum Regnorum augent amplificantq;. Floruit illo ipso tempore tota Samaria, cum nõ a Iuda desciuerat, Floruit tota Grætia, cum a societate ecclesiæ dei non disiuncta. Patrum religionem coluit. Floruit denique vniuersa Germania ac Anglia cũ pestifero dogmate Lutheri, ac Zuinglii non infecta sese a Romana ecclesia non segregauerat. Quid commemorem tot prestantissimos illos imperatores, Cõstantinum, Theodosium, his sereniſſime Rex patrem tuum Carolum annumerare possum. Quorum splendorem ac magnitudinẽ imperij, nulla alia de causſa ipse deus optimus maximus auxit, nisi quod religionẽ Christi a patribus acceptam, sanctissime conseruarunt. In quorum exitium quoties tot hostes cõspirabant, ex his præclarissimos semper triumphos, ac tot tantasque victorias reportabant. Ac vt Constantinum ac Theodosium omittã, De Carolo patre tuo illud dico. Quoties ille

conspira-

cõſpirationes hoſtiũ contra ſe vidit, quoties tot armatos exercitus, quoties vniuerſæ Germaniæ vires. Quibus tamen omnibus hac ſua præclara ac excellenti virtute victis, & dignitatem ſuam retinet, & ſumma cum gloria ac admiratione tot tantiſq; regnis præeſt. Quid Regina hæc Maria, qua cum diuino magis, quam humano concilio conſociatus viuis quibus in periculis eã fortuna grauiter exercuit? quas non calamitates ſenſit? Cum Northumbriæ principis armatũ exercitum cõtra ſe vidit, cum ab eo illa tetra ac crudeli voce ad cædem poſcebatur, oculis quærebatur, quam certe deus ipſe nulla alia de cauſa, & ex tot tantiſq; periculis liberauit, & in patrio ac auito regno conſtituit, niſi quod illa patrum religione diligentiſſime conſeruata, nulla vi, nullo terrore ſeſe a Chriſti ſentẽtia dimoueri paſſa eſt: ac quod olim hinc priſcis ſeculis per Iudith Deus fecit. Vt illa crudeliſſimo tyranno Holoferne occiſo, ipſiuſq; capite abtruncato, patriã ſuam a duriſſima obſidione liberauit: ſic & Regina Maria vniuerſam rempublicam, Anglorum tanta Tirannide Lutherana, ac Zuingliana oppreſſam, in priſtinum ſtatum vindicauit, ac iterum Religionẽ Chriſti ei reſtituit. Quæ quidem cum ita ſint, operepretium eſt, vt ſereniſſime Rex ac ſereniſſima Regina & in hac religione patrum perſeueretis, & vt hanc veſtram in religionẽ pietatem, ac has tot tantaſque veſtras virtutes, omnium ſermos ac

fama celebret. Ac quicunq; vel ingenio vel literis aliquid possunt, ea diligentissime scriptis suis mandent, vt hæ virtutes vestræ posteritati sint notissime. Hoc fecerũt illi grauissimi scriptores Eusebius, Beda, ac alij quamplurimi, qui illorum summorum Regũ tot tantasq; virtutes scriptis suis pręclaris mandarunt, posteritatique legẽdas cõmiserunt. Ego igitur cum non ita diu ex regno Poloniæ, vt & hæc loca quæ ad videndũ istosq; Britanicos fluctus sunt iucunda, & ad rerũ experientiam necessaria lustrarem venerim, a teq; Rex sereniſſime benigne ac clementer sim exceptus, cõtinuo oculos meos in tot templa, quæ erant ab illis sanctissimis patribus in hoc Regno deo, ac religioni cõsecrata coniecí, vbi & alia diruta & euersa vidi. Hinc statim animum meũ illæ impiæ mutationes, hinc ab aliquod annis Religionis subierunt, tot seditiones, discordiæ, pericula sereniſſimæ Reginæ Mariæ. Ex quibus omnibus tantum animo hausi dolorem, vt prorumpens in lachrimas illud lugubri ac miserabili voce proclamauerim. Quomodo hæc ciuitas vidua facta fuit? &c. Sedato tãdem hoc aliqua ex parte animi dolore, ea de re hanc orationem conscripsi, in qua omnibus periculis commemoratis & omnes ad concordiam admoneo ac adhortor, & virtutes tuas Rex sereniſſime omnibus ab oculos pono vt vniuersus populus Anglicus, hoc beneficio dei in se viso, quod post Reipub. eorum

tantam tyranidem, te talem Regem eis præfecerit, a quo nil nisi salus omnium pendeat, te omnes ament, colant, venerentur. Ne post hac Regia hac autoritate tua spreta, deus ipse iniuriã tuam vlciscatur. Tibi vero Rex sereniſſime, ac sereniſſima Regina hanc offero. Vt cum deus optim. max. tot tantisq; regnis vos præfecerit, nec quicquam agitis, nisi vt vera vox Euangelij prædicetur, nisi vt Christus toto orbi terrarum innotescat, vt vocem omnium mortalium ad vos perferrẽ, quam hoc vestrum eis sit studiũ gratum ac acceptũ, ac vt hæc iacta fundamenta in hoc Regno Anglico Christianæ Religionis ad finem perducatis. Quam quidem pro hac vestra singulari pietate & in Religionem Christi, & pro hac summa in omnes vestra clementia, in bonam partem vos accepturos existimo. Quod si Lutherani ac Zuingliani in me insurgent, quod ego Christianos principes, vt illi deserta, hac contentione Religionis, contra arma Turcam crudeliſſimum hoſtem capiant adhortor, horum ego has voces eneruatas, facile coniprimere, hos plumbeos pugiones frangere, autoritate vestra fretus possum. Præsertim cum nullus est qui id non fateatur. Vt si hoc illorũ inpium dogma tot tantasq; disensiones inter Christianos Principes non pareret. Nunquam Turca crudeliſſimus hoſtis Vngariam occuparet, nec tot Christiani Principes, tantas calamitates sentirent,

rent. Tu vero Rex ſereniſſime, ac Regina ſereniſſima, cum ita eſtis literis inſtructi, vt & ea quæ a ſanctiſſimis patribus de religione conſcripta ſunt intelligatis, et cognitione linguæ latine prædití eſtis. Facile omniũ Lutheranorum, ac Zuinglianorum inſidías vitare poteſtis. Quod rarum eſt hoc ſeculo: Præſertím vero in te Regina ſereniſſima, ac exemplum dignum admiratione, vt cum tot tantarumq; linguarum peritiam habeas, Gallicæ, Italicæ, Anglicæ, tum vero Latinæ. Quare níhil eſt reliqui, niſi vt maieſtas tua Rex ſereniſſime, eandem laudem ex hac proſcriptione Lutherani ac Zuingliani dogmatis cõſequatur. Quam auus tuus maternus Ferdinandus ex bello Mauris regno Hiſpaniæ pulſis, ac ex iudæorum proſcriptione olim conſecutus eſt. Tu vero ſereniſſima Regina, vt repræſentes illas preclaras fœminas, quę in veteri teſtamẽto vixerũt, Heſter, Iudith, eaq; pietate ac ſtudio Chriſti Religionem defendas. Faxit deus optimus max. vt ſereniſſime Rex vna cũ ſereniſſima Regina te ſaluũ ac incolumẽ, quã diutiſſime ad propagãdum nomẽ filii ſui domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruet.

(.*.)

ORATIO LEONHARDI GORETII EQVITIS

Poloni de matrimonio sereniſſimi Regis Hiſpaniarum ac sereniſſimæ Reginæ Mariæ Angliæ &c.

(*)

CVm in hoc grauiſſimo ac acerbiſſimo caſu reipub. veſtrę, multa in vos dei opti. maxi. cuius conſilio magis hoc regnum veſtrum regitur ac guuernatur, beneſitia extent: tum nullum eſſe maius iudico, niſi cum in hoc perturbato ſtatu reipublicæ veſtræ peneq; miſero potentiſſimum principem Hiſpaniarum, Reipublicæ veſtræ huic labenti ac præcipitanti dedit, qui Reginæ veſtræ coniunctus ac ſociatus, Rempubli. veſtram in priſtinam pacem, concordiam, tranquillitatem reſtituere poteſt: omneſq; partes ipſius prudentia ac conſilio regere, ne hæc poſthac a perditiſſimis ciuibus vexata, eorum furor ac ſcelus in multorum bonorum cladē ac exitium redundaret. Etenim vna mente mecum cogitare, vno aſpectu facile intueri poteſtis quid per hoſce annos in Repub. veſtra actum ſit, quam multorum cædes, proſcriptiones, exilia fiebant, quæ nun-

dinæ, quæ mercaturæ in repub. vestra, vt cũ perpauci seipsis principibus constitutis, omnem potestatem in vos, in vitam vestram habebãt, alios morte, alios exilio multabant: a quorum quidem scelere ac furore maiorum vestrorum Religio, sacra, ceremoniæ, sanctissima dei optimi maximi templa, quæ illi religiosissime custodiebant, ne quidem tuta esse, nec dignitatem suã conseruare poterant. Nec eorum hæc immanis audatia, tot tantorumq; facinorum septis intercluſa sese cõtinuit, sed post mortẽ Edouardi Regis pene infantis ac pueri, eo processit, vt illi contra vitam vestram, contra vxorum, liberorum vestrorum armis sumptis, Regina vestra huiusce Regni sublata, omnia ferro ac flãma delere volebant, seq; ipsos Reges in reipub. vestra constituere. Quorum huic tanto furori nisi ipsi dii immortales obstitissent, plane nullam imaginem liberæ reipub. in hodiernum tempus habuissetis. Quod quidem ea re vnica potissimum mihi esse factum videtur, vt tantorum scelerum autoribus pæna affectis, tali principi, siue Regi Regina vestra iungeretur, qui tam prudentia, quam armis reliqua membra reipub, vestræ sanaret, tremefactamq; ac labefacta tã in pristinũ statum restitueret. Is igitur cum sit Philippus Princeps Hispaniarum, & singulari virtute, & incredibili magnitudine animi prẽditus, non video quo maiori beneficio vos ipsi dii immortales afficere possent, aut an quicquã

repub.

repub. veſtra meliùs ac fælicius ſit. In hoc ígítur tam repentíno ac ínſolito dei opti. maxi. ín vos benefitio, poſt tot tantaſq; cõuerſiones, ac motus reípub. veſtræ, non vídeo quíd vobís aliud agendum ſit, níſi vt primo ípſi deo opt. max. ſummas maximaſq; gratias & agatis, & habeatis, quod ille tandẽ alíquando reip. veſtræ míſertus ex tam immenſa iactatione fluctuum, ac tot tantíſq; inteſtinís diſcordijs hanc paci, et concordiæ reſtítuerit. Deínde quod huiuſmodi Regem omní genere vírtutum prædítũ, ac Regínam huic reip. præfecerit, qui prudentia ſua relíqua membra reip. veſtræ ægta conſilio ſanare poteſt. Poſtremo vt voſmetipſi, ea fide virtute, & ín Regem veſtrum, & Reginam ſitis pro vt ípſorum, dignitas, autoritas, ac ſalus reip. veſtrę exígit ac poſtulat: ne poſt haç leuiſſimís de cauſis inter vos tot diſcordijs ac diſſenſionibus motis, vna cũ rep. concidatis. Ac ne quidem vos ſolum, hac graciarum actione vtí decet, ſed & omnes exteras nationes, quorũ cum reſpub. a crudeliſſimo ac teterrimo hoſte Mahomete grauiſſimo iugo ſeruitutis præmantur, ac índies magís ac magís affligãtur, ex eo matrimonio tantum omnes conſecuti ſumus, vt omnia facile ex ílla íllius immaní ac tetra crudelitate eripi poſſent, totq; Chriſtíanorum reſpub. in priſtinam libertatem vindicari. Quæ quídem omnia vt nobís notiora ſint: ac ne ego in hac veſtræ reípub. felícitate vobís deſim, Primo míhí

 dícendum

dícendum de moribus, natura, educantione Philippi Regis, ac ratione confecti matrimonij esse videtur. Deinde de autoritate ac dignitate Philippi Regis, vnde an præstantiori Principi Regina vestra nubere potuit intelligetis. Postremo quam ex hoc matrimonio vtilitatem Respub. vestra consecuta sit, quam exteræ nationes: quæ quidem tria dum explico, oro vt me quã attentissime audiatis. Sed antequã hæc aggrediar, primo mihi videntur quædam causa communis inuidiæ a vobis, ac maleuolentiæ, paucis ac breuibus deprecãda. Ego cum sciam omnem orationem quæ in tanta frequentia habetur esse periculosam, ac in varias hominum repræhensiones incurrere, tum vel maxime illã quæ ad rempub. vniuersam, quæ ad salutem ciuium, quæ ad publicam pacem, concordiam, tranquillitatem firmandam pertinet: præsertim vero si quis hanc in aliena repub. suscipiat, cuius nec est ciuis, nec socius. Attamen in his omnibus est vnum quod opponam. Etenim quę ego hic tractanda suscepi, non ad remp. vestram solum pertinent, sed ad vniuersorum christianorum respub. de quibus quo minus hanc orationem habeam, quid mihi sit impedimento non video. Præsertim cum & superioribus annis, & hisce multi extiterunt, qui ne quidem nati, educati in repub. vestra, nihilo minus in hoc consessu multa quæ hanc rempub. vestram, quæ Christi Religionem, quæ ceremonias a

patribus vestris optimo consilio institutas labe facta-
runt, libere dixerunt. Si est igitur mali viri, sic omnem
rationem vitæ suæ instituere, vt hac in præclarissimis
artibus, ac in hac qualicunq; facultate dicendi collo-
cata, hac posthac in euertenda repub. in turbanda cō-
cordia ciuium, in perniciem denique bonorū abuti: certe
boni viri est his omnibus ad concordiam ciuium con-
seruandam ad pacem stabiliendam, ad salutem com-
munem firmandam vti. At incerti sunt sensus, occultæ
volūtates gentis Anglicæ, qui nescio quo pacto hanc
orationem sunt acceptimi? Sed non video cur eorū hęc
iuditia reformidem, præsertim cum in tanta multitu-
dine nullus sit, qui tot cladibus huiscæ suæ patriæ, suæ
reipub. recordatis ingenuo animo nō exuscitetur, a pa-
ceque, cōcordia abhorreat. Si vero qui erant, quos aut
domesticæ discordię, aut ciuilia bella delectarunt, hos
aut vis martis, aut scelus eorum sustulit, vt nil nili mihi
omnes idē de rep. sentire videātur. Quare vt mihi vi-
dere videor non est vt aut cōmunem inuidiam, aut ali-
cuius obtrectationē pertimescam, sed vestro hoc sin-
gulari amore, beneuolentia & in Regem vestrum, & in
Reginam omni formidine depolita ad dicendum ac-
cedā. Neq; sit in hac vniuersa oratione, quæ ad remp.
vestram, quæ ad publicam pacem, quę ad concordiam
pertineant prætermissum, quantum potero dicendo
contendam. Philippus igitur Rex imprimis eo pa-

tre Carolo Cœſare natus, qui an tot tantiſq; virtutibus, vel magnitudine rerum geſtarum laudē ac induſtriam maiorum ſuorum ac omnium imperatorū vicerit, inter omnes mortales ſumma maximaq; contentio eſt. Qui quidem hunc filium ex ſeſe genitū, in matris ſuæ Regno apud gentem Hiſpanicam, & omni humanitate perpolitam, & ad tot bella gerenda aptiſſimam educandum quibuſq; viris ſeleſtiſſimis curauit. Vidit hoc prudentiſſimus Imperator, nullā educationem præſtanciorem poſſe dari tali filio, qui poſt toto orbi terrarum imperaret, niſi apud talem gentem, vbi & ſtudia militaria ſimul, et virtutis cognoſceret. Iam multa ſigna in puero poneq; infante Regiæ maieſtatis ac cuiuſdam ſummi principis apparebant. Etenim cum adhuc nec verba bene enunciare, nec proloqui potuit, geſtus, habitus, confirmatio oris, cōtuitus oculorum in eo Regiam Maieſtatem effingebant. Nam aut arma, aut haſtam, aut galeam, aut curſum, aut certamen equorum admirabatur, nec cuiuſuis animus ipſius erat intētus ſermoni, niſi qui a ſummis maximiſq; viris ſumma grauitate coniunctus habebatur. Quod cum hi quorum fidei erat cōmiſus animaduerterunt, multa de infante eum magnum Principem, ac ſagaciſſimo ingenio, nec quicquam a paternis virtutibus degeneratorum vatici nati ſunt: quos quidem minime coniectura fefellit. Etenim quecunq; ſiue ad mores ipſius

sius informandos, siue ad vitam instituendam ei in illa ætate ediscenda proponebantur, ea fideli memoria custodiebat: nec quencquam sibi parem in illa ætate habuit, qui aut citius omnia memoriæ mandare, aut mãdata fidelius retinere posset. Inprimis vero pectus ipsius studio pietatis flagrabat, qui religione Christi cui puer ac infans consecratus erat cognita ac perspecta, ad ipsius leges ac instituta vitam suam ac mores informauit. Nec vero otio aut tot leuissimis rebus deditus, turpiter pueritiæ florem consumpsit, sed in tot artibus, quæ vel maxime ad humanitatem, ac ad Principis vitam instituandam pertinent, ac historijs grauissimorum vitorum, quæ viua exempla morum ac heroicarũ virtutum, multo magis quam tot præcepta Philosophorum repræsentant ediscendis. Egressus ipsos limites pueritiæ, in qua ætate nonsolum tali principi, qui monarcha totius orbis terrarũ esse debet, tot artium ac multiplex historiæ cognitio est necessaria, verum peritia artis militaris, ac equestris. In ea ita sese exercuit, vt breui temporis spatio omnibus par fuerit, multos vero antecelluerit. Possim multas præclares virtutes ipsius in adolescentia commemorare, sed in his recensendis citius me profecto dies quam oratio deficeret. Illud tamen quod minime silẽtio prætereundũ esse puto. Eum totum cursum adolescentiæ suæ instituisse, vt non minus se principem putarit, ac huiusmodi summi imperatoris

sup

ratoris filium, quam quod esset equalis suis contuber-
nalibus. Nemini se vnquam anteponebat. Nihil quic-
quam ipsius aut factum, aut dictum arrogãter super-
boque auditum est. Parentem vero suum Carolum ita
imprimis eo honore prosecutus est, vt sibi nihil vnquã
in vita faciendum sine horum concilio, quos pater sibi
adiunxerat duxit. Ab omni vero genere libidinum ita
adolescentia ipsius abhorruit, vt non solum queuis ob-
scena, vel quæ inditia sermonis tetri ac foedi redolebãt
in conspectu ipsius audita, sed ne quidem per iocum
facete prolata. O præclaras virtutes Philippi Regis.
O hoc nostro misero ac calamitoso seculo pudicitiã ra-
ram. Quotus enim quisq; princip non est qui habito
filio, iam se principem, quam quod balbutire potest
sentit, ac quid Psaltria, quid Leno, melius quã quid pie
tas, quid pudor nouit. Ea igitur ratione, Philippi Re-
gis adolescentia, non tam patris Caroli Cæsaris dili-
gentia ac custodia, quam ipsius Philippi Regis pro-
pria virtute traducta, sine labe ac dedecore permansit.
Cuius quidem integritati cum Carolus pater, & omni
genere virtutum, & tot tantisq; victoriis clarus nihil
deesse vidit, præter illud vt iunctus alicuius potentissi-
Regis filiæ, ex ea hæredem ac ornamentum tot regno-
rum, quæ partim ille a maioribus suis accepit, partim
virtute ac industria acquisiuit relinqueret. Cui filiam
clarissimi Regis Portugaliæ in matrimonium dat, cum

qua

qua copulatus ita vixit, prout iura ac fides matrimonij tamtaq; dignitas ac autoritas exigebat ac postulabat. Iam ex noua nupta, noua soboles orbi terrarum nasci debuit, cum illa in ipso partu, inusitato dolore pressa, infante saluo ac incolumi relicto, in quo non minora indicia paternæ ac auitæ virtutis apparent, expirauit. Cuius mortem Philippus Rex ita tulit, non vt quidē homines. Stoici volunt, qui sapiētem nulla re commoueri, non perturbari, non dolore permittunt. Ille vero mortem vxoris suæ inquam ita tulit, vt et eam hominem fuisse meminisset, et ea lege natā vt mori debuisset & eo mærore ac lachrimis prosecutus est, vt amor cōiugalis ac tanta societas, animiq; coniunctio requisiuit. Tandē Carolus pater, post tot in Germania bella plena periculi ac difficultatis gesta, eum ex Hispania ad se, quem hinc a longe tempore non viderat, vt ex aspectu ipsius insolito, filialiq; complexu in tot molestijs reipub. eam quam exoptabat animi lætitiam capere possit reuocat: vbi & patri voluptati, & omnibus ab suas pręclaras dotes animi ac corporis admirationi fuit. Quo cum aliquod temporis spatium conuersaretur. Iterum eum a se non sine paruo animi dolore in Hispaniā ad gubernacula reipub. remittit. Cui hactenus ita prętuit, vt & suis charitatati, & hostibus terrori sit. Iam hinc a longo tēpore gens Anglica ab dissensionem dogmatum seditionibus tumultuabatur,

qua de cauſſa ſæpius cœdes, proſcriptiones, inteſtina odia ciuium erant: Ac hæc quidem labes ac peſtis ad Edouardi ad extremum tempus Regni, Regis ac infantis, qui patre Octauo Henrico natus, nec per ætatem tantam magnitudinem Regni ſuſtinere, nec quæ ſalutaria reipub. eſſent dinoſcere potuit promanauit. Quo non multo poſt immatura morte, vel vt nonulli voluit veneno ſublato. Northũbriæ princeps audatia, ſcelere inſignis, armata manu collecta, ac deſponſata filio ſuo Sophotiæ principis filia, oppreſſaq; Regina Maria filia Henrici Regis, ad quam Regnum pertinebat, filium ſuum in Regno conſtituere voluit. In magno tum periculo, peneq; extremo diſcrimine Anglorũ reſpub. verſabatur, cum alijs cædes, exitium mors ab audaci ac teterrimo Tyranno denunciabantur, cum omnia loca armatis repleta, milites eductis enſibus paſſim vbiq; per agros, per vrbes vagabantur: Ac niſi diuino conſilio ob præſtantem ac inſignem pietatem Reginę Marię, ac ob Religionem maiorum, quam illa ſanctiſſime coluit, ob iuraq; pudicitiæ, ab ea diligentiſſime conſeruata ſubuentum fuiſſet, tota Anglorum reſpub. illo ipſo tempore concidiſſet. Quæ quidem ad rationem confecti matrimonij quandoquidẽ ſunt cognitu neceſſaria, ac ad rerum humanorum inconſtantiam conſiderandam vtiliſſima, ſinite me hæc à primis initijs narrare, vt & harum rerum exteræ gentes cognitionem

nitionem habeãt, in qua narratione, de Maria Regina, de morte Nortumbriæ principis, de illo turbulentiſſimo ſtatu reipub. veſtræ nonulla dicenda ſunt, quod quidem latinis literis a quoq; vſq; hactenus non eſſe mandatum, vehementer miror. Nec quidẽ ego omnia ad vnguem exponam, ſiquidem hæc vix aliquod volumina, & nõ hæc narratio noſtra breuis, capere poſſint, quæ quidem nos paulo poſt capioſius proſequemur. Sed huius rei initium mihi ſumendum, quod ad Regũ ſucceſionem attinet, a Repub. veſtra, ac iam paulíſper animis fingite, me non ad vos qui hæc noſtis, ſed ad exteros narrationem inſtituere, voſque eſſe potius ad punctum temporis aut Germanos, aut Gallos. Apud Anglos igitur ex filijs Regis natu maior ſemper Regnum obtinet, nec quiſquam ſuffragijs aut ſenatus, aut Equitum, aut populi creatur, ſed vt apud gentem Hiſpaniarum, ſi Rex aliquod filijs relictis moritur, natu maior regnat, deficiente vero maſculino ſexu, filia natu maior regnum obtinet. At Rex vtroq; ſexu orbatus, ſunt aliquod familiæ, ex Regia progenie quarum quæ ſanguinis coniunctione Regi propior eſt, ex ea ſi filius deeſt, filia in Regem eligitur: ſic & apud Anglos. Henricus igitur ſeptimus, Auus Edouardi Regis pueri nuperrime mortui, poſt Regnum recuperatũ duos filios habuit, Arthurum natu maiorem, ac Henricum qui poſt mortem patris regnare debuit, huic igitur Ferdi-

nandus Rex Hiſpaniarum auus maternus Caroli Cæ
ſaris hodierni, ac Romanorum Regis Ferdinandi, filiã
Catharinam, conſentiente Henrice patre ſeptimo An
glorũ in matrimoniã dat. Qui quidẽ Rex fuit & virtu=
tibus, & armis præclarus, illoq; ipſo tẽpore totũ Reg=
num in Hiſpania Granate, a Maurorum gente a
Chriſti religione aliena occupatum, in dedicionẽ om=
nibus Mauris expulſis ſuam ſubegit. Hinc omnibus
Iudeis ex Regno Hiſpanico eiectis ac proſcriptis Reli=
gionem Chriſti & armis, & virtutibus tutatus eſt, cui
poſt hac Catholico, ob tam res præclare pro Chriſtia=
na Repub. geſtas cognomen erat, qui cum nullum fi=
lium, tres vero filias haberet. Natu maiorem Philippo
vnico filio Maximiliani Cæſaris patri vero Caroli ac
Ferdinandi Romanorũ matrimonio iungit, cum qua
Regno Hiſpaniæ accepto, illud hodie Cæſar Carolus
viua matre obtinet, alteram vero Regi Portugaliæ, al=
terum Arthuro filio Henrici Septimi, vt a nobis pau=
lo ante dictum eſt, Anglorum Regis. Cuius cum vir=
ginitatis florem, nec iura pudicitiæ violaſſet, breui tem=
poris ſpatio moritur. Regnum interea & Henrico Sep
timo patre, & Arthuro filio mutuo, ad Henricum filiũ
qui tum ſolus ſupererat peruenit, qui ſumma modera=
tione animi ſuis in primis præerat, nec a ſocietate Ec=
cleſiæ dei diſiunctus, nil niſi maiorum ſuorum religio=
nem religioſiſſime coluit, ac defendit: qui quoque præ=
clara

clara ſcriptu contra poſtiferum dogma Lutheri edidit. Tandem Catharinam, quam a fratre minime violatam ſciuit, omnium cõſenſu in vxorem ducit, cum qua cum per viginti annos coniunctiſſime vixiſſet, ex eaq; Mariam hanc, quæ poſt tot agitationes, ſuaq; pericula grauiſſima, Regni iam potitur ſuſtuliſſet, hanc tandem indigne repudiat: mutataq; patrũ religione, annã Boloniã ducit, cum qua filia habita, Maria ex Catharina nata, ſeſe regno patre iubente abdicare coacta eſt. Fuit hic Rex multos præclaris ac eximijs virtutibus præditus, ſed vt plerunq; talium Regum animi, aut opinione, aut interdum errore, vt de illo Salomone, qui diuino oraculo omnium mortalium ſapientiſſimus iudicatus eſt accepimus, aliquando a recta ſententia deducantur: ſic ille ſpreta patrum religione, ac noua excogitata (ob quas res quidquid calamitates Reſpub. Anglorũ habuit) ex illo fonte omnia orta erant, quodquod poſthac vxores habuit, has vel ob ſuſpitionem adulterij necandas curauit, vel leuiſſimis de cauſſis repudiauit. Ex his habuit annã Semeriam ex regno ſuo, Anna Bolonia ob ſuſpitionem adulterij interfecta, ex qua Edouardus natus, illa in partu mortua, puer regni potitus eſt. Quem cum pater Henricus vnicum habuiſſet, ac filiam vnicam ex Catharina Mariã, ac ob pueritiæ ætatem Regno non poſſe præeſſe animaduertiſſet. Auunculo illius in ducẽ Semeriæ creato, curã ætatis ipſius,

tis ipſius,ac Regni ei comiſit. Poſt cuius mortem toti Regno ille Angliæ, Edouardo Rege, ſub ſua tutela habito præfuit, ac acerrime dogma Lutheri ac Zuinglij tutatus,omnibus viribus Chriſti Religionem ex Anglorum repub.accerſitis viris vndiq; ex Germania exterminare prorſus voluit,multos vero viros ſummę maximęq; autoritatis,qui ſibi aduerſabantur,in carcerem coniecit,præſertim vero Antiſtitem Vintonienſem quem & acrem defenſorem chriſtianę religionis,& oppugnatorem vehementem omnium Hereticorum eſſe ſciebat:cuius cum princeps Northumbriæ potẽtiam ferre non potuiſſet,ſiue quoq; vt illa cogitata,quæ iam a longe tempore conceperat perfeciſſet ,hoc accuſato ab vniuerſo ſenatu caput ipſius abtrũcatur: poſt cuius mortem & cura Regis,& Regni Northũbrię princip. committitur, cuius imperium omnibus poſthac inuiſum, ac graue fuit,qui cum multa crudelia in multos breui temporis ſpatio commiſiſſet,tum nihil magis in nefarijs ipſius cogitatis verſabatur,vt ſi non Regnum, at Regiam autoritatem ſemper obtineret. Regno ſe quidem potiri non poſſe vidit,tum ob Edouardũ Regem puerum,quo quidem ſublato, Regnum ad Mariam ex Catharina ortã,quæ ſola cum Edouardo poſt tot matrimonia patris Henrici ſupererat, iure peueniret: tum vero ad Principem Sophotiæ, cuius cum filia coniunctione ſanguinis Regi Henrico proxima fuiſſet,

ma fuiſſet, Regina Maria oppreſſa, eam iure nihilominus Regnum obtenturum. Attamen nihil conſultius ratus, vt ſi Edouardus moreretur, facile Reginam Mariam ſe poſſe opprimere, quã antea pater Rex abiecerat, ac a regno abalienauerat: cum Sophotiæ vero principe de connubio inter filiam ac filium agere, atq; ita in Regno filio conſtituto, ſe priſtinam autoritatem obtenturum. Moritur tandem Rex Edouardus puer, ſiue fato, ſiue vt nonulli volunt veneo ab eo perẽptus, etenim nihil hic certi præter vulgi ſermonem habeo: qui cum principe Sophociæ conſilijs communicatis, de matrimonio ante concepto agere cœpit, quo facile in ſententiam pertracto, filiam ſe daturum promittit. Tum Regnum miſere natæ gratalaus, tum ſi quis aliquos motus, aut Maria filia Henrici ob cupiditatem Regni excitare voluiſſet, facile Northũbrię principem cuius tũ ſumma maximaq; autoritas in Anglorũ rep. fuit, iunctis viribus omnibus poſſe reſiſtere. Colliguntur armati exercitus, filia principis Sophotiæ Regina proclamatur. Maria Henrici Regis filia ad necem oculis quæritur, voce tetri ac crudeliſſimi Tyranni poſcitur, reliqui partim timore, partim vt præcipitantẽ impellerẽt aſſentiuntur. Gemitus interea vulgi oritur, iam non de ſuis fortunis, ſed de miſera nece Mariæ, cuius fratris mortem ne quidem adhuc deplerauerant pertimeſcentis, quam, indigne contra leges & a Regno

patris

patris pelli,& pudice educatam ,maximaq; morum innocenti apreditũ esse, peremi tam crudeliter iam iam videbant. Quæ quidem illo ipso tempore vitam suam non armorum præsidio, sed assiduis præcibus, lachrimis quotianis tuebatur,neq; tam de Regno sollicita, quam de vita fuit,cuius quidem conseruandæ cupiditas non tam eam tenuit,quam libenter amisisset,quam ne a tam tetro ac crudeli Tyranno necata, indignissime periret. Cuius deus optim.max. hac tam calamitate indigna commotus,Northumbriæ princeps Tyrannus ab exercitu desertus,omnium cõsensu ad Mariam insignia regni deferũtur,quibus acceptis,& summo cum applausu, & gratulatione post illum luctm, vulgi Londini vbi est Regia excipitur, quæ Regno paterno accepto,et Religionem Christi hinc ab aliquod annis ex Anglorum repub. exterminatam restituit, & omnes viros ob Christi religionem in carcere summi ordinis detentos liberauit,ac Antistiti Ventonensi insignia camellariatus detulit. Tandem princeps Northumbriç,vna cum filijs,ac principe Sophociæ,filiaq; ipsius noua nupta captus,in carcerẽ conicitur. In quẽ cum Regina Maria nihil crudele statuere voluisset, quod quidem merito debuit, tandem vniuersa repub. reclamante, omnibus capite abtruncato:sic & filius cũ patre,& noua nupta cum Sophotiæ principe suo genitore misere interiere, suique sceleris dignas penas reportarunt.

portarunt. Sane ibi miserum ac tristissimum fuit spectaculum, cum tot principum mortē vna cum filiis omnes, qui sese iam Reges esse putarunt aspiciebant, presertim vero huiusmodi principum, quorum alter toti Regno Angliæ paulo ante potestate Regia præerat, alter sanguine Regio ortus ipsius semper summa maximaque autoritas habita est: virgo vero tantæ pulchritudinis, vt ipsius decus ac maiestas formæ omnes ferme astantes in summum maximumq; luctum adduxerat: sed fuisset certe illud multo miserrimum ac tristissimū, si Maria filia Henrici Regis tam misere necata fuisset, ac vniuersa Anglorum Respub. a Tyrannide Northūbriæ principis oppressa. Interea Carolus Cœsar, vt iam ad matrimoniā veniam, cuius semper multæ ac graues cogitationes de christiana repub, neq; nocturnæ neq; diurnæ aliquam partem quietis, ne hæc aliquid detrimenti paciatur inparciunt, illum miserimum ac tristissimum statum Reipub. Anglicæ deplorauit: cui quoniā nec facultas, nec potestas succurrendi, ob tot magnitudimem negotiorum quibus ille obruitur dabatur, sane is semper acerbe ac grauiter tulit: quamprimum vero hanc iterum ad spem pristinę libertatis ac religionis longo temporis interuallo intermissæ duce Maria erigi animaduertit: sane in tam arduo negotio neq; consilio suo, neq; autoritate defuit, ac diligentissima inuestigatione, mentisq; agitatione

illud vnum consequitur. Reginam solam tantam molem Regni nec consilijs suis sustinere, nec in tam recẽti varietate opinionũ de religione, occultas omnium voluntate in religionem Christi veram posse pertrahi. Quapropter nihil esse consultius, nisi vt alicui potentissimo principi capulata, ex quo & hæredem regni, spẽ familiæ, ornamẽtum reipub. relinqueret, et reliqua mẽbra reipub. infirma, ac tremefacta tam consilio, quam armis in pristinum statum restitueret, cui filium vnicũ principem Hispaniarum offert. At illa minime hoc cõsilium aspernata, omnibus consilijs per legatos secum communicatis, certus dies nupcijs constituitur. Quare Carolus Cæsar Philippo principi filio nunciata, in omnibus sese obsequentem patri præbuit, venientsque centum viginti nauibus in Angliam, ab omnibus honorifice exceptus est, cum hac pacate ac tranquille, nõdum tamen regio Diademate ornatus viuit. Quid ego hic commemorem omnes gratulationes, quæ ex hoc matrimonio consecutæ sunt vestras? Quid modũ, rationem, apparatum nuptiarum? Quid tot spectacula? Quid tot splendida ac magnifica munera exterorũ Regum ac principum, quæ ex vniuerso orbe terrarum, huic fœlicitati vestræ gratulãtes sunt missa? Quæ omnia quoniam tam breui temporis spatio dicendo complecti non possunt, nec ego hæc in oratione tractanda supmsi, sane prætermitto, tantum illud quod ad vitam

vniuersam

vniuersam Philippi Regis attinet addo. Non quod quidem hęc ipsius præstans ac eximia virtus nota omnibus desideraret, sed ne omnino hic locus a me incultus ac horridus relinquatur. Ego quoties illos summos maximosq; Reges, qui aliorum Regnis præerant intueor, eorumq; vitæ totum cursum apud memetipsum penitus recognosco, video plerosque aut a libidinibus fuisse ita victos, vt nefarias cupiditates suas ab aliorum vxoribus refrenare nunquam poterunt: aut ita prospe-ris rebus dementatos fuisse, vt multa et in vitam aliorũ & in fortunas crudelia commisissent. Nec vero de illis loquor, qui non nisi crudelissimi Tyranni, toto vitæ suę cursu extiterũt, vt Nerones, Caligulę, sed de his qui pro optimis principibus habiti sunt, quorum et nomẽ hodie communis fama celebrat. Quis non scit illum Alexandrum Magnum, qui post tot præclarissimas res suas gestas, tot cędibus ac libidinibus perpetratis, adeo omnibus inuisum fuisse, vt veneno peremptus, in flore ætatis suæ, in ipso cursu tot rerum gestarũ vitam amiserit? Quis vero non Iulium Cæsarem, a quo omnis maiestas, ac dignitas imperatori a orta, quę vsq; ad hęc tempora nostra permansit, ob eadem a suis fuisse cæsum? Quid aliorum miserimas neces commemorem, quorum cadauera semiustulata inspectãte populo, ob id vnum, canes dilaniarunt? Quid reliquos quorum vita erat adeo turpis, potentia formidulosa, vt ob id vnũ

& in odium multorum incurrerunt, et a ſuis contruci-
dati ſunt? In Philippi vero Regis vita quod eſt tale
vulnus? quod in moribus tantum dedecus vt tantorũ
ſcelerum immanitas in eo aliqua appareret? an non ita
viuit, an non tanta fide, moderatione ſuis præeſt, vt &
omnibus charitati, et voluptati ſit? Magnus igitur hic
Rex eſt, ad cuius virtutes laudandas ac celebrandas,
non hac facultate exili noſtra opus eſſet, ſed illa diuina
maieſtate oratoria, qualem in Marco Tullio homine
Romano ad dicendum nato fuiſſe accepimus, quid?
an et illa parua virtus eſt, ita omnem vitæ rationẽ in-
ſtituere, vt poſthac talia matrimonia conficias, quæ et
vniuerſæ reipub. vtilitati eſſent, et quibus dignitas ac
ſplendor familiæ conſeruaretur, præſertim cum in ea re
multos magnos ac nobiles principes ita ſeſe geſiſſe vi-
demus, vt immemores dignitatis ac maiorum ſuorum
inhoneſtiſſima contra dignitatem ſuam ac autori-
tatem Reipublicæ vniuerſæ confecerunt, Philippi Re-
gis vero primum matrimonium, an non peſſimum au-
toritatis ac dignitatis fuit? Cum non libidine pro-
pria, ſed conſilio ac voluntate Caroli patris filię huiuſ-
modi Regis conſociatus fuit, qui cum ob ſuas virtu-
tes præclaras, tum vero ob ſplendorẽ Regni ſui, ſemp
clariſſimus habitus eſt. Hoc vero recens cum Regina
Angliæ quid ſibi vult? an libido eum ad id, qui vniuer-
ſum florem ætatis ſuæ caſte ac inuiolatæ tranſegit in-
citauit?

citauit? an caducæ opes quas ampliſſimas per ſe habe[t] adduxerunt? an non potius vt aliquando gens Anglicę tot ſeditionibus, diſcordijs liberata, leges, iura, libertatem ſuã obtineret, ac quos antea furor ac ſcelus quorundam nefariorum hominum a corpore Chriſtianæ Reipub. diſiunxerat hos cum eadem Repub. Chriſtiana ille in gratiam reduceret, ac illa turpiſſima nota ex viſceribus Reipub. eorum Religionis ſublata, omnes paci ac concordiæ reſtitueret, Ergo tu Philippe Rex nil niſi quę ſalutaria Reipub. eſſent in vita tibi faciendũ propoſuiſti, nil niſi quæ patris tui Caroli has virtutes eximias ac præclaras illuſtrarent, nil niſi quæ ab omnibus admiratentur, ſummis maximiſq; laudibus efferentur: Quæ igitur huic florenti virtuti tuæ par oratio inueniri poteſt? quæ copia dicendi ſufficere? quæ tanta vis ingenij, quod tantum flumen orationis, quod has tuas laudes ornare, aut pro dignitate efferre poſſet? Quid vero an reliquæ virtutes tuæ ſilentio ſunt prætermittẽdæ, faciles ad te aditus, libere omniũ queremoniæ, nil niſi plena pietatis ac humanitatis reſponſa? Quæ quidem cum ita magna ſint, vt ante hanc diem, nec in quoquã ſuſpicata, quid an illud minimũ? Tu inquam Philippe Rex quoties aliquem aut a fortuna grauiter afflictum vides, iacẽtem non ſolum erigis, ſed fortunæ priſtinæ reſtituis, tu quoties aliquem virtute aliqua antecellere vides, non ſolum hunc tuis

ſummis maximiſque opibus ſubleuas, ſed perpetuis
pręmijs virtutis cõſtitutis, hunc liberalitate tua ſuſten-
tas foueſq; tu dubitantes ac trementes te alloqui, vltro
alicis, tibi non minori curę ſalus tuorũ quã tua eſt. Tu
vnus in quo omniũ ſalus, libertas, vita cõliſtit, tu deni-
que in eã opinionẽ, omnes bonas optime de Repub.
ſentiẽtes, tuis tot tantiſq; præclariſſimis virtutibus ad-
duxiſti, vt cũ poſſim a reliquis Regibus virtutẽ contẽ-
ni, pietatẽ illudebrio haberi, Religionẽ Chriſti violari,
literarum ſtudia, innocentiam, fidem pro dedecore ha-
beri videant, de te inquam ſperant, quod horum om-
nium vindex ad vlter eris. Hac igitur Philippi Regis
morum, hac vitæ innocentia, his ipſius tot tantiſq; vir-
tutibus, quid melius, quid illuſtrius eſſe poteſt, quid
deniq; ad memoriam poſteritatis glorioſius, aut fer-
nius? de quibus omnibus quoniam nec facultas, nec
poteſtas mihi copioſius dicẽdi datur, et alias mihi da-
bitur, nil amplius dico, tantum quæ de autorite ac dig-
nitate ipſius, id quod erat ſecundum in oratione noſtra
dicẽda ſunt, quam breuiſſime potero dicam. Nec huic
veſtro ſtudio audiendi deero, ex quibus omnibus an
Regina veſtra præſtantiori nubere principi potuerit,
intelligetis. Equidẽ mihi hic locus ad dicendũ perdiffi-
cilis ac grauis offertur, etenim an Philippus Rex ma-
gis dignitatis ac autoritatis ex tot illis ſuis virtutibus
ac vniuerſo vitæ ſuæ curſu, an ex tot patris totrebus

geſtis

gestis Caroli Cęsaris, quas nõ regionibus terrę, sed cæli terminat, habeat, in animo meo magna dubitatio oritur, sed quoniã cursim a me ipsius virtutes sunt cõmemoratæ, nũc quoq; de patre Carolo eadẽ illa breuitate dicam, quibus a me expositis, vos soli estote iudices.

Ego igitur sic statuo, neminem in hac Christiana rep. esse, qui & clariori & nobiliori principe sit ortus vt Rex Philippus patre Carolo Cæsare. Nã siue generis aut familiæ splendorem, siue regnorum amplitudinẽ, siue rerum gestarum magnitudinem spectes, quis aut nobilior, aut præstantior eo est, aut laude dignior? an vero quisquam est mediocri vsu rerum excultus, qui non sciat hinc a ducentis annis ab Othacæ Rege Boemorũ Austriæ nobilissimum Ducatum occapatum fuisse. Qui cum Rodolpho Cęsari parero noluit, hoc acerrimis prelijs ac Viena munitissima vrbe, quę iam est cõtra omnem ferocitatem Turcarum propugnaculũ capta, vnicũ filium suum ibi principem constituisse, eique toto Austriæ ducatu dato, ex huius progenie Maximilianus ac Carolus Cæsar ortus est, quitantum maioribus suis præstitit, vt nõ solum eorum memoriam, sed omnium imperatorum virtute bellica vicerit. Nondum Austria tot Regna, tot Ducatus sibi illo ipse tẽpore adiunctos obtinuit. Nihil Princeps Austriæ olim in Brabantia, Flandria, Phrisia, Holandia, Geldria. Nihil in Hispania, Mediolani, Neapoli, Sicilia,

cilia, Iudia, Occidentali habuit, Immo sæpius in tanta varietate bellorum versati, vt mirum sit, hanc demum tanto breui temporis spatio eo dignitatis ac splendoris peruenisse. Quod quidem non video cuius virtuti nisi Caroli Cæsaris assignandum sit, qui quam primum ab auo Maximiliano gubernacula imperij plena solicitudinis ac curæ accepit, quod erat genus belli, aut quæ tanta res aduersę in quibus fortuna eum grauiter non exercuerit? ac quanto illa plura miscebat, tanto ille magis tot bellis maiorum suorum præluxit. An non audiuimus potentissimum Regem Gallorum Franciscum sæpius vndiqꝫ viribus suis collectis, cõtra eum armatos exercitus duxisse, quo capto, ipsiusqꝫ fermissimo exercitu fuso, Mediolanum, Neapolim, quod antea iure obtinere debuit, sibi adiunxisse? an non totius Italiæ contra eum enses, quibus fractis & retusis dignitatem suam ac autoritatem obtinuisse? an non conspirationes totius Germania plus quam sexcentenas? an non tot armatos exercitus, quibus omnibus eadẽ virtute victis ac superatis, nullus demum tam potens hostis erat, qui cum contra arma sumeret, quem ille non euertisset? Quæ quidem tãta bella sunt, vt siue magnitudinem, siue contentionem præliorum spectes, minime sunt illis, quas potentissimi illi duces gesserũt, Alexander, Annibal, Pyrrus, Iulius inferiora. Immo vt vera fatear plus in se & difficultatis, & perí-

culi

culi habebãt. Facile illi Alexãdro, cuius omniũ literis tot res gestæ celebrantur, contra Asiaticos homines moles ac illum totum gregem Darij effeminatum erat ducere exercitum, facile Annibali cum lapidibus, montibus, muta solitudine pugnare: at Carolo cõtra feroces Gallos, cõtra indomitos Germanos, qui a nullius vnquam armis victi erant, dij boni quam res plena curæ solicitudinis, periculi? In quorum castris non effeminatos Asiaticos, sed virum a viro selectum diceres. Quid? Alexander Magnus, aut quispiam imperatorũ, si bella gessit, gessit saltem cum his populis quorum nominis fama illo ipso tempore celebratissima fuit, at Carolus Cæsar industria ac virtute sua noua gente in America ante hanc diem nec nobis, nec maioribus nostris audita in dedicionem suam redacta, tantã gloriam, ac nominis famam consecutus est, quantam illi omnes imperatores ex vniuersę vitæ suæ cursu. Etenim quæ erit tam posteritas immemor? que porro literæ ingratæ? quæ hanc rem perpætuis monumẽtis non mandabũt, solum Carolum Cæsarem post tot millia annorũ extitisse, qui nouum orbem terrarum, nouam gentem reperierit, vicerit, ac imperio suo subiugarit. Iacet igitur tota Gallia, iacet Germania, iacet Italia, iacet iterum Gallia, iacet iterum Germania Caroli Cæsaris armis victa. Effluxerunt tot principũ arma ex manibus cõtra eum sumpta. Ergo inquiet aliquis, tu cum Caroli

Cæsaris victorias laudes, cur aliorum christianorum calamitatem principum insectaris? Ego vero vt nullius calamitatem insector, ita & illis quibus Carolus Cæsar commouetur commoueor. Etenim quis hunc vidit armis contra Christianos Principes sua voluntate vti, & non potius inuitum ac lacessitum? qui non nisi caussa conseruandæ salutis suæ contra eos arma inuitus sumplit, cuius vox nota omnibus, sæpius ex eo audita est. Vtinam hæc potius arma contra tēterrimū hostem Christiani Principes Turcam conferrent. At illi cum priuata odia volunt persequi, cum innocentissimum ac fortissimum imperatorem e medio tollere, in illa ipsa pericula inciderunt. Qua in re ipsius Caroli Cæsaris mira fœlicitas extitit: ac nescio an potius eius hæc tot tantæq; victoriæ sint laude dignæ, vel animi ipsius moderatio, qua ille semper in tot tantisq; victoriis vsus est. Etenim quid vnquā crudele in hostē statuit? quo supplitio vnquam aliquem affecit? an non eodem mœrore ex multorum calamitate principum, quos vis martis in extremum adduxerat periculum affectus pleroſq; saluti, pristinis fatunis restituit, ac in quos iure belli potestatem necis habuit, hos non solum vita sed etiam fortunis donauit, Nihil dico de Rege Galliæ Francisco mortuo, quem captum non solum summo maximoq; honore prosecutus est, sed etiam data illi sorore sua in matrimoniū, cum eo perpetuam, stabilem,

firmam

firmam pacem confirmare voluit. Quid? principem Cliuiæ an non eadem benignitate prosecutus, ipsiusq; vniuerso exercitu profligato, an non in gratiam suam recepit, dataq; ei filia Ferdinandi Regis Romanorũ, sui fratris, hunc sibi obsequentẽ ac morigerum in omnibus reddidit? post illud vero luctuosissimum bellum Henricum Saxoniæ an non eadem est clementia prosecutus? Quantum vero animi dolorem semper ex tot bellis sedicionibus, dissensione dogmatum inter Germaniæ principes hauserit, declarat illa armata Germanorũ manus, quæ in ipsius exitiũ cõspirauerat, qua victa omnes principes Germaniæ pristinæ dignitati ac saluti restituit. Ac si sana mente essent potius huius tanti imperatoris fidei Religionem suam committerent, nunq; tot calamitatem fuissent participes, nec Mahometes teterrimus hostis in faucibus imperijs eorũ sedes suas occupata Vngaria fixisset. Etenim quid sibi tot Caroli Cæsaris victoriæ volunt? quid eius in victos hostes benignitas? nisi vt omnibus christianis principibus, paci cõcordiæ restitutis cõmunibus armis acceptis, tot christianorum resp. ex miserrimo iugo seruitutis Mahometi eriperet, in libertatemq; pristinã vindicaret. Quod quidẽ vtinam Germani apud semetipsos considerarent, ac tandem aliquando ingenuo dolore, ex tot calamitatibus quas ipsorum Respub. hactenus pertulit exuscitati, qualem imperatorem habeant,

diligenter cõsiderent. Qui cum præsidia exterarum gentium quærunt, dum vitæ Caroli Cæsaris insidias struunt, exitium sibi ac Reipub. suę cõparant. Sed quoniam non hæc mihi tractanda, hoc tempore sumpsi, ac si omnia de Carolo persequi velim, nulla ratione possum, ex his tamen quæ a me sunt modice commemorata, vosmetipsi an maior autoritas ac dignitas Philippi Regis ex tot victoriis ac virtutibus Caroli patris, an ex ipsius sit iudicate. Qua quidem in re non aliter iudicare poteritis, vt siue quis vitam, mores ipsius spectat, siue splendorem ac magnitudinem rerum gestarum Caroli patris, vtrumq; parem dignitatem ipsius ac autoritatem esse iudicabit, quid vero? an ad ipsius hanc tantam dignitatem ac autoritatem, nihil tot affinitas Regum ac Principum pertinebit, qui sanguine ei coniucti, ipsius hoc præclarum ac excellens nomen latissime patet, apud omnesq; maxime admirationis est. Etenim quis est Rex in hac Christiana Respub, qui ipsius sanguinis ac affinitatis non esset particeps? In hoc cetu sunt omnes Reges Portugaliæ, Daniæ, Franciæ, omnes principes Germaniæ, Rex Poloniæ. At quis Rex? dicam equidem, neq; illam suspitionem, tanquam in meorum laudem sim propẽsior pertimescam. Post occupatum a Turcis Orientem, duo Regna contra impetum omnium hostiũ, ac ferocissimos Turcas propugnacula erant, Regnũ vngariæ ac Poloniæ,

ac Regno quidem Vngariæ, tot diſenſionibus Chriſtianorum principum a Turcis partim occupato, partim vaſtato, ſolum Regnum Poloniæ ſaluum ac incolume reſtat, quod omnes Chriſtianorum Reſpub. ab illa incurſione Turcica tuetur ac defendit, talis igitur Rex qui ſemper cum tanta colluuiæ hoſtiũ pro Chriſtianorum Repub. bellum gerit, ſanguinis coniunctione Philippo Regi coniunctus eſt, ac aliſ quamplurimi Reges nobiliſſimi ac potentiſſimi, ex quibus omnibus quæ & quanta ipſius dignitas, quanta autoritas ſit, quis non videt ac non intelligit? Quæ quidem cum ita ſint, cui quæſo Regi aut principi Regina veſtra, aut virtute nobiliori, aut generis ſplendore præſtantiori, aut tot amplitudine regnorum potentiori nubere potuit? An hec in eo ſumma non ſunt, pater illuſtri loco, qui tot tantiſq; victorijs omnes mortales ac poſteritatem ipſam vicit, ſolus tot tantiſq; virtutibus prædi-tus, qui tot ampliſſimis Regnis magna animi moderatione præeſt, opes amplæ, potentiſſima Regna, quibus omnes Reges ac principes vincit ſuperatq;. Diſputẽt hic ſane homines Stoici, contemnãt generis nobilitatem, floccipendeant opes, pro nihil ducant honores, dignitates, ſolam virtutem laudibus extollant, nihil admiratione digni exiſtiment. At ego certe hæc ſumma maximaq;, virtute coniuncta, ac digna admiratione eſſe duco. Magna credite mihi res eſt, ac digna admira-

admiratione inquam, inter tot mortales vnum esse hominem, qui deorum immortalium consilio in amplissimum gradum Regiæ Maiestatis cooptatus, penes quem omnium rerum humanorum ac diuinorũ potestas sit, ex cuius salute omnium salus, vita, libertas, Religio pendeat, quem omnes admirentur, colant venerẽtur, cui nihil delit, nihil mali aut aduersi accidat. Hinc illos sapiẽti ores ac pene diuinos Philosophos Pitagoreos diuina scrutantes, ac humani ingenij captũ longe inuestigatione sua antecellentes, tres gradus fecisse videmus in primoque Deos, in secondo Demones, in tercio Heroas seu Reges posuisse, quos quidem nulla alia de caussa tanta dignitate affecerunt, nisi quod exceptis demonibus ad deos proxime accedere voluerunt. Talis igitur magnus cum Heroa Philippus Rex sit, qui quanto magis omnes Reges antecellit, tãto magis ad ipsos deos immortales accedit, quis hunc aut non admirabitur, ant hunc tantum principem Regina vestra esse dignũ nõ dicet? Venio nũc ad id quod vltimo loco a me erat, in superiori oratione propositum, quippe quę & quanta vtilitas ex hoc matrimonio ad vos perueniat, qua quidem de re, ita vt facitis me dicentem benigne ac attente audiatis. Summas maximasq; vtilitates ex hoc matrimonio esse vos consecutos video, quæ quidem partim ad Rempub. vestram, partim ad exterarum gentiũ referti possunt, ac ille quidem ad

dem ad veſtram, quod & huic Religio ſit reſtituta, & omnibus periculis, ſeditionibus, bellis eſtis liberati, & ſi qui hoſtes extranei ſunt quorũ vos impetum ſuſtinere non potuiſtis, nec tot veſtras clades quas illi huic regno veſtro intulerunt vlciſci, nunc nonſolum tot tantam immanitatem hoſtium veſtrorum ſuffere poteſtes, ſed facile omnes vincere belloq; perſequi, ac huius Regni veſtri ſplendorem ac dignitatem augere ac amplificare. Exteri vero quorum cum Reſpub. partim ab importuniſſimo hoſte Mahomete ſunt occupatę, partim indies magis ac magis vexentur, has non modo ei eripere, ſed & hũc omnibus Regnis exuere poſſunt. Quæ quidem cum mihi omnia ſunt vobis demonſtranda, tum vero illæ prius, quæ ad Rempub. veſtram pertinent vtilitates declarãdæ, demum quæ ad exeros ob oculos veſtros ponendæ. Magna ſpe in ſequentem orationem ingredior, magna vos hoc matrimonio cõſecutos eſſe dico, Religionem, pacem, cõcordiam, omnium periculorum ac hoſtium veſtrorũ ab hac repub. propulſationem. Quæ quidem omnia vt facilius videre, cernere, conſpicere poſſitis; non præter inſtitutum meum ſum facturus, ſi vobis prius naufragia Reipub. veſtræ, quæ hiſce annis acciderunt expoſuero, vbi ſi paulo acrius in hos neminẽ eorũ nominãdo, qui hanc rẽp. veſtr. ſeditioſis cõſilijs turbarũt, ac qui tot clades vobis omnibus attulerunt dixero, quis quæſo iuſto do

lori meo

lori meo non condonabit, ac iuſtæ iracundiæ, vt horũ furorem a quibus Reſpub. veſtra vel maxime labefactata eſt libertatis hos voce perſtringerem, præſertim cum tanto odio eos voſmetipſi dignos eſſe iudicaſtis, vt eis ſupplitijs affectis, eorum nomen ex hac Repub. prorſus delendum eſſe cenſuiſtis. Duabus rebus potiſſimum hanc Rempub. veſtram, ſuperioribus annis vel maxime labefactatam, ac ex ſuis ſedibus expulſam eſſe video. Externis bellis, ac inteſtinis odijs, quæ quidem inter vos nulla alia de cauſſa orta erant, niſi cũ nullo conſenſu de rẽligione habito, nonnulli perditi ac nefarij hoſtes Retpub. Chriſtianæ vos ſuis impijs ac ſceleratis dogmatibus ab ſocietate Chriſtiana abſtraxerunt, ac maiorum veſtrorũ Religione quam illi tot ſeculis ab Apoſtolis acceptam ſanctiſſime cuſtodiebãt exterminata, inter vos illam ſiccam interpoſuerunt, a qua vos confoſi ac iugulati in multorum bonorũ pulmonibus hæſit. Summo cum animi ardore, maximo zelo pietatis, illi ipſi doctores a nonullis audiebantur quibus aliunde accerſitis, ac eis ampliſſimis præmijs cõſtitutis, hos ſolos de cælo deſcendiſſe, hos ſolos interpretes oracnlorum diuinorũ conclamabatur, quid vero illi ſua doctrina effecerunt? quam facem, quẽ gladium iugulis veſtris admouerũt? In qua & quanta pericula vos coniecerunt? Etenim perpauci ſeipſis principibus in Repub. veſtra conſtitutis, an non in multos

ampliſſimi

amplissimi vestri ordinis seuierũt? an non alios morte, alios exilio multarunt? an non detractis honorum insignibus in vinculis detinuerũt? Quorum quidem haec insaciabilis crudelitas non his limitibus intercluſa ſeſe continuit, ſed has in templa dei opt. max. in ſacra, in ceremonias conuerſa, omnia ſuſtulerunt, euerterunt, diripuerunt. Diripuerunt inquam tot illibatas eccleſiarũ opes, quas illi vestri ſanctiſſimi patres ad inopum calamitates ſubleuandas, ad ſuſtentãdq; ſtudia literarum, ad miniſtros verbi dei tot eccleſijs dederunt; omnia ſigna ex templis ſuſtulerunt, omnes imagines auro, argente nudarunt, pretioſiſſimos lapides, gemas abſtraxerunt. Hinc ruptis veſtalium domicilijs, quae ſeſe deuouerant, inceſtis nuptijs obſtrinxerunt, hic quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in ſupplicijs, auaritia in rapinis, ſuperbia in cõtumelijs efficere potuiſſet, ea omnia in vos, in Religionem veſtrum, in ſacra veſtra cõmiſerunt, quis tum illo ipſo tempore non ingemuit? quis non dolore affit, tam res ſanctas, tã Religioſiſſime tot ſeculis a maioribus veſtris cõſeruatas, vno puncto temporis tam indigniſſime concidere, ex templis fieri ſtabula, ex monaſterijs, quae omniũ aetatum pietatis, ac pudoris diſciplinae erant propinas, acquie tam ſeculis, nemo tam furioſus, nemo tam vecordi mente praeditus, non tantum violare, ſed ne attingere auſus eſt, extiterunt illi poſt tot ſecula, qui illa omnia non ſolum

 violarunt,

violarunt ſed plane funditus ſuſtulerunt. Omnes tum eratis mæſti, ſerdidati, iam nihil reliqui erat de quo perti-meſceretis, niſi de extremo vitæ ſpiritu, quem tum vix ducebatis, nihil plane certi in Religione veſtra habuiſtis, in qua ne quidem doctores veſtri conſen-ciebant. Iam ille partes Lutheri, iam ille Zuinglij tue-batur ac defendebat, indies vero quæ & quantæ opi-niones, quam crebræ, quam repentinæ, quæ noua do-gmata oriebantur, voſmetipſi qui hic affuiſtis melius noſtis. At quid tandem vobiſcum deus optimus ma-ximus egit? an tantam impunitatem impietatis, ac tot flagitiorum paſſus eſt? an ſuam Religionem illudi-brio tot ſceleratiſſimorum proſtitui paſſus eſt? mini-me vero. Immo Scotiæ Regno celeberrimo quod vo-biſcum ſemper & voluptate amicitiæ, & tot fœderibus iunctum fuit vobis abſtracto bellis vos externis obie-cit, a quibus quot & quanta detrimenta Reſpub. veſtra pertulerit, ſi mihi me hic veſtrum dolorem, tot tantaſq; veſtras clades, tot inter neciones veſtrorum exercituũ, tot vulnera Regni veſtri dicendo prætermittere ac ob-ticere, quæ vero & quanta caritas annonæ conſecuta? quanta rerum omnium inopia? teſtantur illæ conſpi-rationes veſtræ contra peregrinos, qui in hanc vrbem veſtram confluxerant, quibus cum ſæpius armis con-certare vel iuſtis. Proſiluit tandem, erupit, emerſit poſt mortem Edouardi Regis puer illa vis ac potentia mi-

nime in

nime in Republicæ libera ferenda sceleratorum furi-
bunda, incitata illa sua vecordimente, non tam ad ex-
cidium Reipublicæ vt illi volebant vestræ, quam ad
persoluendas pœnas, quas vobis a longo tempore
pendere debebant, qui Duce Northumbriæ Principe
armata manu collecta vobis iminitabātur, qui vestras
charissimas vxores ad stupra, liberos charissima pig-
nara ac ob vniuscuiusq; vestrum indulgentiam vita
sua chariora ad cædem, fortunas vestras ad direptio-
nem, hanc Reginam Mariam vestram ad mortē ocu-
lis, vultu designabant, qui iam accensas faces tectis
vestris admouere, iam mucrones iugulis vestris adhi-
bere voluerunt, cum vos sine duce, sine senatu, sine ali-
quo præsidio de salute vestra desperastis. Hæc igitur
Reipublicæ vestræ naufragia, hos fluctus, has tem-
pestates fuisse quis non scit? quis vero sese vestrum vi-
disse non fatetur? quid tandem hoc matrimonio inter
Reginam vestram, ac Regem Philippum effectum
est? quæ ad vos vtilitas promanauit? an postequam
ille totus comitatus ac exercitus aliquando dolore
excitatus illis tantorum scelerum autoribus desti-
tutis ac desertis, tandem omnium vestrum consensu
insignibus Regni ad Mariam delatis, dieque inter
eam & Regem Philippum matrimonij constituto,
an non inquam subito, qui tantorum facinorum ac-
scelerum in Republica vestra Principes erant, illi securi

ceruices ſuas ſubiecerunt, a qua vos omnes perire vo-
luerũt? an nõ omnes ſeditiones, diſcordiæ, odia cruẽta
bella, proſcriptiones, exilia, neces, ex repub. veſtra ſub-
latæ ſunt? an non religio Chriſti, vna cum ſplendore,
ornatu, maieſtate ceremoniarum reſtituta eſt? an non
ſuus honos templis datus? an non omnes boni qui
tam longo temporis ſpatio in exilio, vinculis, carcere
vixerunt, priſtinæ ſaluti ſunt reſtituti? an non anonæ
vilitas ac omnium rerum orta nunc in ſumma maxi-
maque abundantia rerum omnium vigitis? Reſpirauit
igitur Reſpub. veſtra hoc matrimonio ex tot calamita-
tibus, recollegit aliquando tremefactas vires ſuas, om-
nia arma, omnes haſtę, omnes enſes ex nefarijs mani-
bus hoſtium Reipub. veſtræ exciderunt, nihil eſt
quod Northumbriæ principem, nihil quod illas ſepul-
tas coniuratorum reliquias pertimeſcatis, nihil eſt
niſi omnes eundem conſum de ſalute veſtra, de Repub.
de libertate habeatis. Quam vero omnes veſtros ho-
ſtes vlciſci, quorum aliquando crudelitatem eſtis ex-
perti poteſtis, quam vincere, quam ſplendorem Regni
veſtri, dignitatem augere ac amplificare hoc matrimo-
nio quæſo cognoſcite. Equidem nullum Regnum faci-
lius a ſe omnia pericula contra impetum ac incurſionẽ
hoſtium poſſe propulſare video, nec vires ſuas augere
ac amplificare, niſi quod cum alijs iunctũ, aut fœdere
aut amicitia eodem Rege, iiſdem ſacris, eadem religio-

ne vtatur. Etenim nec putatote Romanos victores omnium gentium, armis ac viribus tantorum Regnorum amplitudinem consecutos fuisse, ac non potius amicitia ac federibus, quibus cum tot diuersis gentibus firmatis, & breui temporis spatio ampliſſima Regna imperio suo subiugarunt, & dignitatem Reipub. suae ita auxerunt, vt nulla cum gente maiestas ac dignitas eorum imperij sit comparanda, quam illi antea obtinebant: vos vero quo pacto Regnum vestrum citius augere ac amplificare potestis, quo pacto tot hostes a Repub. vestra qui de ipsius excidio cogitant arcere, nisi quod talem principem in regnum vestrum cooptastis, qui Hispaniam, Indiam, Siciliã, partem Africæ, Neapolim, Mediolanum, Brabantiã, Phrisiam, Holandiã obtinet, cuius tantę sunt opes, tantus splendor ac tanta magnitudo Regnorum, qualia nullus principum ac Regum in hac Christiana Repub. habet. Cum quibus si hoc vestrum cõiungetur, quæ erit gens adeo immanis, cui vos resistere nõ possitis? quæ vero tam potens, cuius vires non frãgere? quæ vero tam audax quã non euertere? an aliquit contra vos Gallus, an Scotus poterit? an non facile omnem injuriam a regno vestro propulsare, an non facile tot hostes vlcisci, an non patriam ac auitam virtutem tot victorijs vestris augere ac amplificare potestis? an vobis deerunt vires? an armati exercitus? an pecuniæ neruus belli? an non omnia

ex tot Regnis vndiq; affatim affluent? Equidem non sum is, vt aut ego animos vestros in Christianum sanguinem incitare, aut aliquo odio inflammare volim, ex quorum tot bellis ac his mutuis cædibus magnũ animi capio dolorẽ. Nollo tot clades Regni vestri a Rege Gallorum illatas cõmemorare, nollo animos vestros in eum accendere, magisq; exoptatem vt ille illis armis suis, quibus est vsus contra vos contra crudelissimum hostem Mahometem vteretur, qui hac cõcertacione ac dissensione Christianorum principũ inter se visa indies magis ac magis, hac occasione sibi oblata vires suas propagat, vt iam eum non Africa, non Asia, non Grecia capiat, sed sedibus imperij sui in faucibus Christianę Reipub, fixis, iam iam ceruicibus vestris incũbit. Solum video vos tantũ hoc matrimonio consecutos esse, vt etsi iniurias vestras quibus tot a Rege Gallorum estis affecti, quibus hoc Regnum vestrũ vlcisci ac persequi vnelitis, at ille saltem contra vos nihil moliri audebit. Semper vos suos amicos, suos socios, cliẽtes vocabit. Etenim quo pacto ille vires vestras sustinere possit, cum vos vestris cum Carole imperatore potentissimo patre Philippi Regis iunctis, ex omnibus partibus a vobis vrgeretur, premeretur. Cederet credite mihi vobis Scotiæ Regno nuperrime erepto, crederet reliquis vestris possessionibus. Hic ego nollo occultas voluntates principũ scrutari, nollo oia inquirere, nollo

inuestigare,

inuestigare, nollo denique aculeos orationis meæ in tot summos Reges detorquere, illud tãtum a vobis quero. Quod si hoc bello Gallus imperatoris vires labefacta ret, quod fieri non potest, ac infringeret, quid putatis an hac victoria insolita inflãmatus a Rep. vestra abstineret? an nõ Calesiũ obsidione durissima præmeret? an non illa omnia loca maritima Regno suo finitima possideret? qui si non angitur, excruciatur, perturbatur ex hoc matrimonio Philippi Regis, at saltem factũ non fuisse exoptasset. Oblata est igitur occasio hoc matrimonio vobis nonsolum omnes vincendi hostes, sed & augendi ac amplificandi hoc Regnum vestrum, accesit tanta magnitudo vobis Regnorum, tantæ vires quas vtinam aliqua discordia non dissiperatis concordia vero retineretis: ac si certe vnquam tempus fuit, quo aut Regnum vestrum augere, aut hanc tantam dignitatem Reipub. vestræ amplificare voluistis, hoc vnum tale est, quo semel aut vestra discordia, aut nescio quibus odijs amisso nunquam tale estis habituri. Quæ etsi minus quorundam, qui nil nisi domestica admirantur sensus capiãt, qui mihi paule videntur animo concitatiori, hæc tamen in vestris qui & prudentia, & rerum vsu reliquos longe antecellitis resideant, cogitotisque apud vosmetipsos, quæ & quantæ vtilitates ex hoc matrimoneo ad vos peruenerint, quo pacto omnibus hostibus facile resistere potestis, quo

ſtis, quo pacto vires veſtras amplificare, quo pacto Religio vobis ſit, illorum ſceleratorum nefaria audacia extorſa reſtituta, quo pacto pax, concordia, vilitas annonæ ac rerum omnium conſecuta, quibus denique odijs illi homines digni ſint, qui vobis Religione Chriſti erepta vos tot tãtiſq; diſcordijs ac inteſtinis odijs obiecerũt, qui cũ omnibus ſupplicijs digni erant, ea clementia vt ne dicam pietate in eos eſtis vſi, vt eos ex hoc Regno libentiſſime egredi eſtis paſſi. Niſi fortaſſis aliquis hãc Religionem quæ hinc ab aliquot annis ab illis erroneis hominibus doceri cæpta eſt verã, illam vero quam cõſenſus Eccleſiæ dei ſeruat, colit, venetatur, quam maiores veſtri Religioſiſſime cuſtodiebant falſam, fictã eſſe putet, vel alia de cauſſa illa detrimenta Reipub. veſtræ accidiſſe, Ille mihi non ſolum tota mente, ſed toto cœlo aberrare videtur, etenim quæ Religio verior? quæ firmior? quę magis ſtabilis eſſe poteſt, niſi quam ipſe Chriſtus docuit, quã Apoſtoli, quã quæ tot ſeculis ſanguine patrũ conſecrata vbiuerſo orbe terrarum innotuit? an Chriſtus his anguſtijs lucẽ Euangelij ſui cõtinere vult, vt hac omnibus cognitione priuatis, tantum illis perpaucis reuelaret? an non dixit ecce vobiſcum vſq; ad conſummationem ſeculi? an non Eccleſiæ ſuæ ſpiritum ſuum dedit, quem ſemper permanſurum atteſtatur? Quid vero ſibi tot millia hominum volunt, qui cum poſt Chriſtum hanc Religionẽ

complexi sunt, an omnes morti damnati, apud Achie-
rentem vjuunt? an non illi ac maiores nostri, ac nos in
Christum non credimus? an in nomine ipsius non fue-
mus baptisati? quam vero omnia distincta tempori-
bus, ordine in Romana Ecclesia fiunt? quæ moderatio cibi? quæ refrenatio gulæ? quæ leges ac iura castitatis? quantus ornatus templorum? quis splendor ceremoniarum? quæ dignitas tot sacerdotum? quæ maiestas tot pontificum? quæ turba tot monachorum? quæ castitas vestalium? quis clamor cantantium? quis sonitus tintinabulorum? quis cõcentus tubarum? quæ omnia an imaginem Ecclesiæ dei non repræsentant? an in illo populo non vera lux Euangelij lucet? quid enim tot Reges ac principes sibi volunt? quid tot comitatus, tot agmina hominum, qui illum consensum verbi divini sequuntur? an sunt a Deo abiecti? an cognitione verbi dei priuati? an non est inter eos pax, concordia, tranquillitas? an non amplissimas opes, amplissimos honores, splendidas dignitates habent? an denique non omnes idem de deo ac Religione sentiunt? illi vero noui doctores quid sibi volunt? an non perpetuas discordias alunt fouentq; an certus est inter eos de Religione quam docent, consensus? quod deus bone, ex vno Luthero, tanquam ex equo Troiano horribiles sectæ eruperunt. Zuinglij, Anabaptistę, Sacramentarij, ac similia portenta; Quæ plane vniuersum orbem terratum

seditionibus, discordijs turbant. An non postillam nefariam doctrinam Lutheri de Libero arbitrio, ac libertate Christiana non vndiq; rusticorum colluuies confluxa vniuersam Germaniam ferro ac flamma vastauit? an non tot millibus ęditum equestris ordinis direptis, vxorũ eorum stupratis suam insaciabilem crudelitatem ne quidem in vita eorum explere poterant, sed ea in infantes, ac paruos pueros conuersa omnes necarunt, contrucidarunt, ac e medio sustulerunt. Quid an non omnes ex illo fonte Anabaptistæ orti, ciuitate in Vestphalia Monasterio occupata quas ibi nõ stragis, quam non crudelitatẽ ediderunt? cum nouo Rege constituto, Religione Christi sublata, quicunq; in eorũ crudeliſſima edicta consentire nolebant, omnibus bonis desertis discedere sunt coacti, qui post hac eo calamitatis illam nobiliſſimam ciuitatem aduxerant, vt in illa duriſſima obsidione non quidem glires, serpentes; qui iam eis deerant, sed matres filios ob nimiam famẽ edere sunt coactę. Vidi ego illam ciuitatem vidi, necipsius ruinas satis deplorare, ac illud excidium nõ potui. Propagauit tandem virus suum Lutherus post cuius mortem principes Germaniæ contra Carolum nobiliſſimum imperatorẽ armis sumptis, & se, & vniuersam Germaniam in graues ac maximas calamitates conie-cerunt. Hoc idẽ Eluecij fecerunt, qui inter se moto bello ob Zuinglium multo ante armati in Repub. sunt in

conspectu

conſpectu vxorum ſuorum, liberorum cõgreſſi. Atq; vtinam illa peſtis illarum tot nobiliſſimarum nationum pernitiæ ac interitu cõtenta fuiſſet, ſed & Reipub. veſtræ ac hoc florentiſſimo Regno infecto, vos omnes in ſimiles calamitates coniecit. Quæ vero eſt apud eos refrenatio gulæ? quæ libidinum? an non quotidie vorantur, bibitur, ac quouis fridiſſima flagitia perpetrantur? quis vero ornatus templorum? quis ordo aut ſplendor ceremoniarum? an non pro templis ſtabula, pro aris menſas, pro monaſterijs popinas habẽt? ſed quid quæſo illi noui doctores cũ ſua doctrina noua ſibi volunt? quid queſo noui docent præter direptionem bonorum quibus illi ſanctiſſimi patres in vſus pios Eccleſias tot auxerunt? præter prædam, maledicta, faſtum, an hæc eorum nefaria dogmata, tot præiudicijs patrum non ſunt iugulata, ſopita, exploſa, ex viſceribus Chriſtianæ Reipub. ex terminata? at qua de cauſſa illi graues doctores tantas tragedias excitant? cur vniuerſam Germaniam tot tantiſq; bellis obiciunt? cur odia tam cruenta inter ſummos Monarchas giguunt? ſcilicet cauſa fuit caſti matrimonij, cauſa carnium. At vtinam potius ſexcentas Lupas haberent, ita vero vocarent vt poſtridie eis ſit neceſſe ſi non vomere at ſaltẽ ructare, quam quod eorum cauſſa tot præſtãtiſſimi principes mutuis cædibus peritent, quam quod vniuerſus orbis terrarũ tot tantiſq; ſeditionibus tumultuaretur, vt eo ſit miſera

plebecula adducta, vt ob tantam varietatē ac dissensionem dogmatum, quis deus, quae religio sit sequenda plane ac ignora ac insci a. Vitemberga iactat Lutherum, Tigurum Zuinglium, Geneua Caluinum, sic ciuitates diuersas, diuersos doctoculos, qui quidē animis sunt adeo in se concitatis, vt alter alterū Aherontī, Orco obiciat. Sine me iam assentiri Luthero, an Zuinglianis vna voce non clamitabunt, me de Sacramento impie ac scelēte sentire? an non stolidissimus ab eis habebor, vel potius demētissimus, qui dicā corpus Christi esse in pane? Fac rursus Zuinglio, an non & Lutherus tot fulminibus verborum suorum me obruet? an non mortem, carcerem mihi denūciabit? quid, post illud fatale ac calamitosum bellum Germanicum quae dissensiones, quae dissidia tionesue illorum doctorum orte tot tot noua dogmata, tot noues dissensiones peperunt, qui eum florentem statum rerum Henrici Saxoniae viderunt, quos non spiritus, quae non latera fortuna eis praebebat: quam non in congerendis maledictis audaciam? at haec inclinata non quidem studio pietatis, sed timore facile ciuitates omnes Germanicae ac illi doctores sententiam mutarunt, ac quos antea crudelissimos tyrannos vocabāt, hos in loco optimorum principum habent? sola ciuitas Magdeburgū in suo scelere permansit, quae duce Lanista Flactio, in eadem calamitates incidit, ac durissima obsidione pressa, paulo post in

omnia assentiri coacta est. At Flactius tanquam quo cum pugnaret non haberet cum putione præceptore suo Melãthone qui ei labi videbatur Mijrmillo Asiaticus cum Thrace contendere cœpit, ostendens se esse multo constantiorẽ. Sed nescio cur tam bonus gladiadiator ruden ri cito passus sit. Osliander vero in Ducatu nobilissimo Prussiæ, vt famam sui preceptoris Lutheri obscuraret, noua de iustificatione docere cepit, omnemque veterem academiam Lutheranorum ita turbauit, vt multi ex illis laqueis Iese extricare nõ possunt. Scilicet is est pacis ac cõcordiæ spiritus, sic certe Apostoli docuerunt, ac ita auditores suos infatuarunt ac dementarunt. Qua quidem de caussa, quis quæso tot preclarissimorum populorum occasum ac tristissimũ interitum nõ summa cum animi acerbitate recordabitur, qui spreta vera religionem patrum, qua ipsi a deo diuinitus instituti erant, huiusmodi homines secuti, sæpius excidium patriæ, cædes suorum, stupra matrum familias aspicere sunt coacti, hinc in medio eorum Repub. sæpius armati exercitus congressi omnibus perniciem ac cladem attulerunt. An non ob it tota Samaria, quæ cum sese a Iuda abalienauerat, nouo cultu sibi excogitate, Assiriorum armis delecta? an non ea de caussa tota Palestina post Apostolorum verbi diuini prædicationem a Turcis occupata? an non Græcia tota attrita? nisi quod ille gẽtes a catholicæ Ecclesiæ corpore disso-

 ciatę, noua

plebecula adducta, vt ob tantam varietatẽ ac dissensionem dogmatum, quis deus, quae religio sit sequenda plane sit ignora ac insci a. Vitemberga iactat Lutherum, Tigurum Zuinglium, Genena Caluinum, sic ciuitates differre, duos doctoculos, qui quidẽ animis sunt adeo in se concitatis, vt alter alterũ Aheronti, Orco obiciat. Sine me iam assentiri Luthero, an Zuinglio? vna voce non exclamitabunt, me de Sacramento impie ac scelẽte sentire? an non stolidissimus ab eis habebor, vel potius demẽtissimus, qui dicã corpus Christi esse in pane? Fac rursus Zuinglio, an non & Lutherus tot fulminibus verborum suorum me obruet? an non mortem, carcerem mihi denũciabit? quid, post illud fatale ac calamitosum bellum Germanicum quae dissensiones, quae dissidia eorum doctorum orta? tot tot noua dogmata, tot noues dissensiones peperunt, qui cum florentem statum rerum Henrici Saxoniae viderunt, quos non spiritus, quae non latera fortuna eis praebebat? quam non in congerendis maledictis audaciam? at haec inclinata non quidem studio pietatis, sed timore facile ciuitates omnes Germanicae ac illi doctores sententiam mutarunt, ac quos antea crudelissimos tyrannos vocabãt, hos in loco optimorum principum habent? sola ciuitas Magdeburgũ in suo scelere permansit, quae duce Lanista Flactio, in easdem calamitates incidit, ac durissima obsidione pressa, paulo post in

omnia assentiri coacta est. At Flactius tanquam quo cum pugnaret non haberet cum pulione præceptore suo Melãthone qui ei labi videbatur Mijrmillo Asiaticus cum Thrace contendere cœpit, ostendens se esse multo constantiorẽ. Sed nescio cur tam bonus gladiadiator ruden cito passus sit. Osiander vero in Ducatu nobilissimo Prussiæ, vt famam sui preceptoris Lutheri obscuraret, noua de iustificatione docere cepit, omnemque veterem academiam Lutheranorum ita turbauit, vt multi ex illis laqueis sese extricare nõ possunt. Scilicet is est pacis ac cõcordiæ spiritus, sic certe Apostoli docuerunt, ac ita auditores suos infatuarunt ac dementarunt. Qua quidem de causa, quis quæso tot præclarissimorum populorum occasum ac tristissimũ interitum nõ summa cum animi acerbitate recordabitur, qui spreta vera religionem patrum, qua ipsi a deo diuinitus instituti erant, huiusmodi homines secuti, sæpius excidium patriæ, cædes suorum, stupra matrum familias aspicere sunt coacti, hinc in medio eorum Repub. sæpius armati exercitus congressi omnibus perniciem ac cladem attulerunt. An non ob it tota Samaria, quæ cum sese a Iuda abalienauerat, nouo cultu sibi excogitate, Assiriorum armis delata? an non ea de causa tota Palestina post Apostolorum verbi diuini prædicationem a Turcis occupata? an non Graecia tota attrita? nisi quod ille gẽtes a catholicæ Ecclesiæ corpore dissociate, noua

ciatę noua Religione excogitata, illas grauissimas ac acerbissimas calamitates sibi accersiuerũt. Sed quid Samariam, quid Græciã commemoro? an aliæ de causa Germanorum Respub, hisce annis tot bellã, tot cędes, tot vastitates pertulit. Quid? an Northumbriæ princeps in illo suo extremo spiritu ea quoq; de causa tot tantisq; in commodis Rempub. vestram fuisse affectã non est fatus? ac quicquid contra vos, quicquid contra Rempub. fecerit, ea potissimus causa se inpulsũ fuisse. Quæ quidem isti noui doctores irrideant, flocci pendeant. Ego vero voces morientium minime contemnendas esse puto, vel quia tum maxime suorum scelerum eos pœnitet, vel quia melius ac in corruptius tum iudicant, cum eis omnis vitæ spes sit adempta. Quapropter doletis totam Palestinam deletam esse, deleuit hæc noua Religio, doletis totum Orientem a vobis esse abstractum, abstruxit hæc noua Religio, doletis totam Græciam crudelissimi hostis Mahometi excisum esse excidit hæc noua Religio, doletis Germaniã quotidianis bellis vastari, vastat noua hęc Religio, doletis denicq; hanc Remp. vestram tocies tot tantisq; incommodis, ac detrimentis affectam fuisse, affecit hæc noua Religio. Quæ quidem si vera esset, consentanea verbo diuino, vt illi noui doctores volũt, certe non tot seditiones, discordiæ, cruenta odia ex ea nascerentur, nõ tã tristissimus ac miserrimus occasus Regnorũ, non tã

discrepantes

discrepantes ac contrariæ sententiæ. Vt igitur ille summus legis interpres Iudeorũ, de Christi doctrina vere iudicauit. Quæ quidẽ si pmaneret veram esse nec a Iudeis posse opprimi, sic cũ hæc vndiq; ex Regnis expellatur, ex omnium Rebusp. eiciantur, in nullo denique loce cõsistere potest, quis hanc eodẽ autore, falsam, fictam, erroneã esse non dicet? Sed vestra acclamatio facit ne plura persequar, quæ hęc ita esse fatimini. Quare iam erumpat ex me atq; audiatur vera vox ac Repub. Christiana digna. O Carole Cæsar, quã tu maiorẽ vtilitatem huic florentissimo Regno afferre potuisti, nisi quod hoc matrimonio inter filiũ tuum ac Mariam cõfecto omnibus Religionẽ, concordiã, pacem restituisti, quod illam sceleratorum importunam manum, ad excidium omnium collectã oppressisti, quod voces nefariorum ciuium male de Repub. senciẽtium sustulisti, qui Religioni Christiane illudebant, iactantes Angliæ Reipub. a factetate Ecclesiæ abalienationem. En incredibili pietate Cęsaris omnia breui temporis spatio subito cõciderunt, en iacet prostata audatia perditorũ, en impium dogma ex visceribus Reipub. Anglicę sublatum est, en illa iterũ Ecclesiæ dei corpori inserta est, en illa prędidijs nixa Philippi Regis iam omnẽ impetũ hostiũ a se propulsare potest, iam dignitatẽ suã augere ac amplificare, ac ita me deus amet, si siue fato, siue aliquo alio casu Maria vestra Regina mortua, Regni

hæc vestri

hæc veſtri gubernácula aliquis principum arripuiſſet, quid an ille Regia autoritate armatus in vos non ſeuiret? non vos opprimeret, ſuos vere non extolleret? vobis ad quoſq; præſtantiſſimos honores conſequendos aditus non precluderet, ſuis non patefaceret? Non ſum is vt hunc ſtatum Reipub. veſtrę conſilio maiorum veſtrorum conſtitutum reprehendere aut vituperare velim, vt defuncto hærede Regni proximus Regnum Regi occupet. Hoc tantũ ſcio huiuſmodi dominationẽ ac multorum eſſe bonis exicioſam periculoſam, nec cicatricem Reipub. veſtræ hac ei inflictã obtiguiſſe, nihil autem eſſe rebus veſtris, Reipub. veſtræ omnium ſalúti melius ac conſultius, quod Hiſpaniarum principẽ in Regnum veſtrum aſciueritis, qui nec in hos, nec in illos odio flagrat, qui iam huic, iam illi aditus ad quoq; ampliſſima in Repub. conſequenda præcludet, ſed qui omnes eadẽ benignitate amplexus, de cõmodis Reip. veſtræ ac vtilitatibus augẽdis ac amplificandis cogitabit. Ac certe hic mihi locus difficilis ac lubricus ad cõparandum oritur, ad quem plus emolumenti ac vtilitatis ex hoc matrimonio prouenerit, an ad Reimpub. veſtram, vel ad Philippum Regem, qui ante tot Regna florentiſſima, tot nobiliſſimas prouincias obtinet, quæ nullius vnquam paſſibus peragrari poſſunt, tantam amplitudinem opum, copiã auri, quantæ nec ſunt a nemine viſæ, nec auditę: in his igitur iudicium meum

non

noninterpono. Illud tantum quot est fatendum fateor, hoc Regnum vestrum nec amplitudine, nec splendore, nec opibus esse cum tot Philippi Regis comparandū. Nec Philippi Regis animum his angustijs contineri, vt aut eum magnitudo Regni, aut aliqua cupiditas auri teneat. Quapropter tollantur voces concitate multitudinis, non enim eum ad hoc matrimonium conficēdum opes Regni vestri impulerunt, non tātus splēdor vrbium vestrorum adduxit, non amenitas locorū pellixit, sed illa quibus ille immortalitatem suam cōtineri vult salus Reipub. vestrę, Religio, tranquillitas, concordia, pax, libertas vestra, quæ omnia hoc matrimonio vobis restituta esse videtis. Reliquum est vt de illa vtilitate, quam ex hoc matrimonio ad exterorū Respub. promanare diximus, paucis ac breuibus dicamus. Hoc est quo pacto tot Christianorū Respub. ex grauissimo ac acerbissimo iugo seruitatis Turcicæ facile hoc matrimonio eripi possunt. Post tot occupatas a crudelissimo hoste Mahomete in Oriente Christianorū resp. nuperrime vero post ab eo nobilissimo Regno Vngariæ Christianis principibus erepto, huius terroti ac formidini tantęq; immanitati nullus opponi potest, nisi qui & ea potentia esset qui ipsius vires sustinere posset, & tot amicitijs Regum exterorum ac sanguinis coniunctione iunctus, vndiq; ex omnibus partibus Regnum ipsius inuaderet. Quis igitur id facile Philippum

Regem post hoc matrimonium cum Regina vestra confectum consequi posse facile non videt? qui talem patrem Carolum Cæsarem habet, tanta potentia, tãta in bellis gerendis fœlicitate, quo cum si vires vestrę cõiuncte fuerint, ac tot Regum qui ei amicitia, seu iuncti sunt, facile tot Regnis Mahometes exuetur, facile tot Christianorum Respub, ex ipsius tetra ac immani Tyranni de eripientur. An non sunt duo potentissimi Reges qui ceruicibus ipsius incumbunt, Ferdinandus Romanorũ Philippi Regis patruus, Poloniæ qui cum filia Ferdinandi Regis copulatus est, qui vel maxime vires ipsius labefactare possunt. Huc accedant auxilia Germanorum, Danorum, Vestra, Gallorum, Hispanorum, Italorũ, an non Turcæ erit fugiendũ ac Christianis amplissima Regna erunt occupanda, quæ ille antea per scelus ac fraudẽ erepta obtinet? Etenim quo pacto ille vires Christianorum principũ sustinere poterit, quo pacto resistere, cũ in Africa, in Asia, ex duobus partibus in Europa contra eum pugnabitur? Nã nec illorum hominum Asiaticorum vires sunt nostris comparandæ, qui si aliquid contra Vngaros, aut Germanorum exercitus potuerunt, non tam viribus suis quam perfidia ipsorum Vngarorum, quam tot principum Christianorum dissensione ac Germanici exercitus pertinatia, vt cum Vngari in se perfidia vtuntur, cũ Germani consilia illorum, qui optime norunt rationẽ belli con-

belli contra Turcas gerendi ſpernũt, ac ſi ſi viribus ſuis nec equos, nec arma mutare volunt. Cum ipſi Chriſtiani principes inter ſe bella gerunt, omnes in illam Tyrannidem Turcicam inciderunt. Quibus vtinam aliquando omiſſis, communi conſilio contra illum teterrimum hoſtem arma cupiant. Audiuntur ſæpius quorundam quærelæ quibus culpant Carolum Cæſarem eum non ea vti bellorum fœlicitate contra Turcas. An ille non vult? cur Chriſtiani principes ipſius hos conatus impediunt? cur contra eum bellum gerũt? cur in ipſius vitam conſpirant? cur vero Rex Gallorum contra eum armatum exercitum ducit? cur cum Turcis fœdera iungit? cur tot Chriſtianorum Chriſtianiſſimus Rex ciuitates euertit? cur tot millia hominum agmina necat? cur ab ipſius militibus virgines ſtuprantur, pecora abiguntur, agri vaſtantur, ac crudeliſſime cædes vbique committuntur? quorum cum Germaniæ omnium principes ocioſi ſpectatores ſunt, cum Gallo conſilia ſua communicant, de Carolo Cæſare conqueruntur, de ſcelere ſuo tacent. Qui quoties in Africa in tanto diſcrimine bellorum ſolus contra Turcas pugnauit? quoties naues eorum intercepit? quoties tot millia Turcorum internecioni dedit? Ego vero dico, ſi Germanorum is amor, ea fides, ea beneuolentia in Carolũ Cæſarem, quam ill iurati dederunt eſſet, hoc matrimonio Philippi Regis, cum Regina

vestra effectum est, vt facile omnes Respub. Christianorum ex illa fœda ac tetra Tyrannide Turcica eripi possint, ac pristinæ libertati restitui. Efflagitãt bellum contra Turcas, cur simultatibus igitur, odijs, discordijs non dispositis, simul illud cõiunctis viribus non gerũt? Cur eo vires suas arma sua potius, quæ in corporibus suis fodiendis figunt non conferunt? præsertim cum ad id tot Regum ac exterorum principum, vnam & eandẽ voluntatem habeant. Quod quidem dolendum ac deplorandum est, dolendum inquam ac deplorãdum est, ob tot simultates ac odia in se principũ, ob tot eorum dissensiones, discordias crudelissimi ac teterrimi hostis Turcæ vires augeri, Christianorũ labefactari, ipsiusq; tetræ, ac fœdæ Tyrannidi tot florentissima Regna, tot potentissimos populos seruire. Cuius quæso pectus non effodit totius Samariæ, Syriæ, ab eo miserabilis vastitas? cuius non tot euersio vrbium? cuius non tot misere ac crudeles neces tot potentissimorum Regum ac fortissimorum imperatorum, qui in conspectu crudelissimi Turcæ Tyranni sunt necati? cuius vero non Constantini, qui a Turcis capta Cõstantinopoli, vna cum vxore ac liberis tristi ac omnium acerbo spectaculo est peremptus? Sed quoniam hæc frustra deplorantur, eoq; potius oratio nostra vnde digressa est reuertatur, video igitur hoc matrimonio Philippi Regis Christianorum Respub. ex Tyrannide Turcica posse eripi,

eripi, video illas vtilitates a me enumeratas ad vos pe-
uenire. Etenim is Rex est Philippus qui cum tot Reg-
nis viribus suis cõiunctis, crudelissimum hostem Tur-
carum vincere potest, qui pacem, concordiam, tranqui-
litatem, Religionem vobis restituit, qui hanc Reipub.
vestram ex crudelissima quorundam Tyrannide eri-
puit, qui mucrones vestris intentos iugulis quorũdam
scelere a vita vestra retudit, qui sacra, Religionem, leges
libertatem vestram contra impetum improborum tue-
bitur ac defendet. Quare vt iam aliquid extremi oratio
mea habeat, ac illa quæ de vtilitate huiuscæ matrimo-
nij dixi in animis vestris insedere possint. Recognos-
cite quæso meum illud tẽpus, cum Northũbriæ prin-
ceps cum alijs fœdera, amicitias, matrimonia iungebat,
vt hac vniuersa Repub. vestra oppressa, vt hac Regina
Maria cum omnium vestrum arebo lucta crudeliter
contrucidata, perpetuo Regiam autoritatem obtine-
ret. Quo tum in timore omnes eratis? quam de vita
vestra, de vxorum vestrorum, de communibus fortu-
nis solliciti? cuius cum potentiã tempore Edouardi Re-
gis pueri ac infantis ferre non potueratis, quid hunc in
regno facturum existimatis? hoc igitur tãto metu, hac
tanta solicitudine hoc matrimonio liberati, an non in
summa maximaq; tranquilitate viuitis? an non auto-
ritate tanti principis armati, aliquis improborum post
hac quicq̃ in Repub. vestra scelerati aut nefarij moliri

audebit? quasi non essetis septi? quid putatis, an exillis sepultis coniuratorum reliquijs, aliqui non reuiuiscerent, qui eadē audatia freti, de exicio vestro ac Reip. vestræ acerbissimo cogitarent? credite mihi erumperent aliqui ac istam liccam nondū multorū vestrum cruore restilantem in corporibus vestris figerent, a cuius iam terrore ac formidine liberati, nil nili libertate ac dignitate Reipub. vestræ autore Philippo Rege recuperata, in pace constituti pacate ac tranquille viuatis. Regem vero vestrum vna cum Regina ea beneuolentia quā eis iurati dedistis prosequamini: pro quorū incolumitate cum ab eis tanta benefitia acceperitis vestra corpora ac latera offerre debetis. Hic ego vos si velim accriori oratione ad ea omnia ac ad ipsam concordiam admonere ac cohortari, Ponerem ante oculos vestros miserum ac flebilem statum Reipub. vestræ, reuocarē in memoriam vobis tot millia hominum illis ipsis naufragijs Reipub. vestræ quæ superioribus annis pertulistis perempta, omnium exterarū nationum, quæ Christianæ Religioni sunt cōsecratæ, fletum ac lachrimas quas illi ex tot grauissimis ac acerbissimis calamitatibus Reip. vestræ, ab hacq; a societate Ecclesiæ dei abalienatione vestra hauserunt in conspectu vestro ponerem, redigerem in mentem vestram tot exempla exterarum nationum ac maiorum vestrorum quantam laudem, quā vtilitatem ex amore suis Regibus exhibito retulerunt

quam Regna eorum ob id vnum deus opt.max. auxit ac amplificauit, quam deniq; grauissimæ calamitates ſũt illis nationibus importatæ, qui Regibus ſuis ſpretis qui erant Reipub. eorum ex diuina autoritate dati, ea quo eos aut libido, aut ambitio duxit ſecuti ſunt, quam ob id vnũ grauissimis ſupplitijs ſunt affecti. Agerem quoq; & illud vt cum vos paulo concitatiori animo in gentem Hiſpanicum eſſe videam veſtra in eos beneuolentia nihil eſſe melius, nihil ad concordiam, ad pacem firmius, præſertim cum hæc gens ferme reliquas nationes & morum grauitate & induſtria bellica longe antecellat vincatq;. Oſtenderem hanc gentem & vetuſtate amicitiæ, & ſanguinis cõiunctione vobis eſſe coniunctam, quę vobis ſæpius Reges dedit, Reginas quę huic Regno hæredes vobis pepererunt, præſertim hãc Reginam Mariam quę nata eſt ex filia Ferdinãdi Catholici Regis Hiſpaniarum: ſed de nemine veſtrũ dubito, vt adeo ſit rudis ac rerum humanarum ignorus qui ea melius quam egometipſe non ſciat, aut adeo animo obfirmato vt illis periculis ac tot calamitatibus patriæ ſuæ non recordatis ingenuo animi dolore non commoueatur, illaque omnia in ipſius animo non ſint infixa. Quare hæc miſſa facio, illud eſt adhuc vnum quod me vel maxime ſolicitat, quod me angit, quod me excruciat, ac ne hæc oratio a me ad vos fruſtra ſit ſuſcepta in magnam dubitationẽ adducit. Nam nec ego

ita puto

ita puto hoc dogma vestrũ ex visceribus huiusce Reip. vestræ esse subiatum vt reliquię ipsius adhuc non resideant, non ita huic vipere esse caput abtruncatũ, vt ex eo mille non nascantur, vt etsi vos & Regem vestrum amore prosequi, quo ego volo velitis, quam vis pacẽ, cõcordiam sequi, ne illi Calcæ, Trebelij, acilla fex dogmatis Lutheriani ac Zuingliani, ex illis suis egrastulis sibilarẽt, maiores vestros deliraſſe, demetatos fuisse qui hanc Religionem quam a Christo acceptam Philippus Rex vna cum Regina vestra tuetur ac defendit secuti sunt. Hic ego vos per hanc dexteram vestrã, per salutem ac incolumitatem Reipub. vestrę, per sepultas reliquias maiorum vestrorum, quæ vtiq; vobis esse debent charissimæ, oro ac obtestor ne vos illis hominibus amplius seducere paciamini, nec in tot tantasque calamitates a quoquam hanc Rempub. vestram adduci. Si maiores vestros percunctari possitis vbi nam locorum viuerent non aliter responderent, nisi in domicicio deorum immortalium, ac tot sanctissimorũ patrũ consuetudine frui. Vbi vero illi qui hoc dogma instituerunt vna cum illis qui eos secuti sunt non nisi apud Acherontem ac Plutonem deum auerni. Hic ego iam nihil amplius dicerem, nec in hoc extremo genere dicẽdi amplius commorarer, nisi illi mihi obstreperent, ac huic orationi meæ non oblatrarent. Quare si ad hunc locum id vnum vel maxime valet, iam omnes animũ,

oculos

oculos in illam gentem Iudeorum electã vestros consicite, in quibus imaginem rerum vestrarũ videbitis, quibus none deus sese obstinxerat, se tantisper custodem eorum salutis, vitæ propugnatorem, legum defensorẽ futurum, quantisper illi Religionem ab eo traditã conseruarent? tales se eorum Reipub. Reges daturum, qui omnibus summa fide, innocentia præessent? Quos tãdem deus contra omnem ferocitatem hostium tutatus est, ac tot feris nationibus edomitis in nobilissimo regno constituit. At posteaquam illi Religione spreta, nescio quã secuti sunt, an non & eos milerrimo iugo seruitutis, an non intestinis odijs obiecit? an nõ sacra Religionem, ceremonias quas ipse constituit prophanari immanitate hostium passus est? an non postea crudelissimos Tyrannos in Repub. sua pertulerunt? at postea quam illi Religione iterum diuinitus amplexa culpam suã sunt depræcati, ac tot supplicationibus expiarunt, an eis iterum deus pacem, concordiam, tranquillitatem non restituit? an non tales Reges Reipub. eorum dedit, qui summa cum animi moderatione eis præfuerunt? sic & vos quantisper in Religione Christi diuinitus instituta permansistis an non omnia ex animi sententia vobis succedebant? an non florens status rerum omnium vestrarum fuit? at posteaquam illa spreta horum nefariorum hominum estis secuti, an non illas acerbitates rerum omnium sensistis quas olim Iudei? an

perpauci Tyranni erant qui hoc Regnum veſtrum miſere affiixerunt? en rurſum duce Maria ad verã Chriſti Religionem reuocati, an non in rerum omnium abundantia viuitis? an vobis Rex Philippus diuinitus talis non eſt datus, qui nil niſi de ſalute veſtra, de dignitate Reipub. veſtræ cogitat? At Eccleſia dei affligitur, cruci ſubiecta eſt, vniuerſus orbis terrarum Religionem noſtram veram eſſe fatetur, tot principes ſuſceperũt. Sic cine vos diutius iſtis facetis nebulonibus patimini iridere? qui cum tot nobiliſſimorum principum hoc ſuo impertuniſſimo dogmate fortunas, ſualq; ſuis conuiuijs ad regulam Philoſophorum redegerunt, iam calamitates Eccleſiæ iactant. Iam Ligures, Africanos eſſe aut Paulos diceres ſententiolas citant, ſapientem nulla re cõmoueri decet, eciam ſi vreretur in Phalaridis tauro. O graues Philoſophos, o præclaros Theologos. An quiſquã ignarus eſt vt quoties vniuerſam Rẽpub. deus quam ille ſtabiliuit aliqua grauiſſima calamitate afficit, eam ob contemptum Religionis afficere? an aliquando Ieruſalem illa ciuitas dei, aut Iuda toties direpta fuit? Quare deſinãt illi afflictiones Eccleſiæ in medium afferre, vbi ſi deus quorundam in ſe fidem, conſtantiam Religionis experite vult, non vniuerſam gentem ſed quoſdam perpaucos affligit, & affligere ſolet. Quod vero attinet illos principes qui illud dogma nefarium ſuſceperunt, an non alij fortunis omnibus ſunt

exuti,

exuti, an in alijs est aliqua fides, aliqua Religio? an non perfidia plus quam Punica, crudelitas Scistica? quorum multi sese parricidio patriæ obstrinxerunt, iam harum, iam illarum partium sunt, ex quorum numero alter ea ducto exercitu pœnas perfidiæ suæ, qua in nobilissimũ imperatorem Carolum vsus est persoluit, alter mutilatum exercitum ducit ac quecq; crudelissima perpatrat, omnibusq; suis fortunis amissis ritu latronum viuit, ea in se doniq; scelera suscepit que nullus vnquam in media Barbarie Tyrannus, ac quod olim deus Iudeis fecit, qui posteaquam spreuerunt Religionẽ a se promulgatam hos domesticis bellis, discordijs obiecit, sic & videmus illos præclaros principes mutuis cædibus interire, illumq; fructum Euangelij sui percepisse vt contra suos dominos quibus iurati fidem dederunt bella suscipiant. Quapropter hac quæso aliquando respicite, iam excuscitati animi vestri dolorem ad recordationem vestræ impietatis, ac illius scelerati dogmatis ob quod tot calamitates & vobis, & Reipub. vestræ sunt importatæ, hanc vero fœlicitatem in qua estis constituti ob oculos vobis ponite. Ne posthac Deo, opt. max. in iram prouocato in graviores calamitates vos conijciat, ac Rege Philippo ex hac Repub. vestra sublato aliquem crudelissimum Tyrannum ceruicibus vestris imponat. Hoc fecit olim Iudeis ac quoties eos ad se reuocare ex vera Religione longe pulsos voluit, quoties

ad eos tot Reges ac Prophetas mittebat, qui impio cultu sublato veram Religionem instituerunt, hos aut illi contempserunt, aut crudeliter e medio sustulerunt: tum illa miserabili ac tristi voce Deus ipse partim per Prophetas, partim per vnicum filium exclamauit, quid est quod ego huic non feci populo? Ierusalem, Ierusalem quoties ego te congregare volui? sic & cum ipse Deus opt, max. hoc vestro calamitoso seculo sit plane vestri misertur, vos posthac ipsius hac in se bonitate contempta illud demum proclamet. Quid est Anglia quod ego tibi non feci? quoties ego te congregare volui? Sin hanc vniuersam caussam religionis autoritatibus metiri vultis ac tot consensu summorum principũ cuius ea in re maior esse debet, vel quis principum prestantior illo Constantino magno fuit, qui de cælo visa cruce omnes hostes suos vicit, qui hanc Religionẽ sanctissime coluit quam Rex Philippus vna cum Regina vestra tutatur. Carolum vero Cæsarum Philippi Regis patrem cum tam Deus opt. max. tot tantisq; benefitijs auxit, vt solus in ampliſſimo gradu imperij cõstitutus neminem sibi secundum habeat, an cum in eũ omnia ornamenta contulerit, cum omnia quæ in vita præcipua sunt dederit agnitione hanc sua priuare voluit? Quid Regina hæc Maria an alia de caussa ex illis cruentis manibus Tyrannorum erepta nunc regnat? quam sine dubio ipse deus neglexisset si Religio

hæc quam

hæc quam illa tuetur non esset probata: ac quod hinc olim priscis sæculis Deus per Iudith fecit vt illa crudelissimo Tyrãno Holoferne occiso ab illa durissima obsidione patriã liberauit, sic illa illi tetro animali Northumbriæ principi capite abtruncato hanc Rempub. omnium communem in pristino statu constituit. Philippi vero Regis an ea in re parua authoritas esse debet, cuius aduẽtum ipsi diij immortales imbribus comprobarunt, cum per hanc estatem vsq; ad ipsius aduẽtum nunquam pluebat, ardoreq; solis ac nimio æstu vestræ segetes arefactæ de fructibus huiusce anni desperastis? Mitto hic autoritates tot aliorũ præstantissimorum Regum proferre Regis mei Poloniæ, Daniæ, Portugaliæ, Romanorum patrui Philippi Regis, tot pontificum Electorum, tot Cardinalium, qui vno animo eam Religionem agnoscunt, tuentur,, defendunt, mitto Hispanorum, Italorum, Gallorum, vestræ gentis, quorundam Germanorum, qui non tacitis iuditijs sacra, religionem quam vobis Regina Maria restituit comprobant. Hæc vero fœda secta quem habet præter Melanthonẽ ac Caluinũ, reliqui sunt Assectæ. Ac Caluinus vna cum Melanthone intẽdant licet omnes neruos ingenij sui, rumpant illa sane intestina in declamitando contra Christi Religionem optime exercitata, nulla ratione esse possunt pares tot ingenijs Hispanorum, Italorum, Gallorum, qui hoc eorum nefariũ

dogma tot ſuis præclaris ac eximijs ſcriptis iugularũt. Nec Moro ac Rufenſi qui in Repub. veſtra nati obid vnum occiderunt, nec huic Antiſtiti Vintonienſi cuius preclara ſcripta cõtra Bucerũ extant qui in hoc regno veſtro docuit. Nihil dico de patria mea quæ habet quamplurimos qui hoc acerrime impium dogma oppugnant Hoſios, Orechouios, Cromeros, Noua Cãpianos, ſunt & alij excellenter viri ſummo ingenio docti, qui ſi omnes Lutheranos in ſuas capſas admittent, defficient eas eorum cõcluſiones, vt vix proferre poterint, negamus cõcluſionẽ, hic eſt Peticio printipij, illic Fallicia accidẽtis. Reliqua multitudo ſi quæ eſt Huius pernicioſiſſimæ ſectę ſectatrix, eſt ferox in reſpondendo, nemini cædit, ſola loquitur, eſt colluuies inberbiũ adoleſcentulorum qui in hac prima lanugine paulo inſaniunt, deferueſcente vero hoc adoleſcentię ardore, redibunt aliquando ad matrem Eccleſiam. Sed de vobis iam minime defido, quod tandem aliquando ingenuo dolore excitati ex tot calamitatibus Regni veſtri, & in Religione patrum veſtrorũ perſeuerabitis, & eo amore Regem veſtrum, ac Reginam Mariam proſequemini, quem ipſe a vobis deus requirit, ex qua iam videre videor infantem naſci Regem vero magnum qui vna vobiſcum ac cum poſteris veſtris ex tot hoſtibus præclariſſimas victorias ac triumphos reportabit, cui quidẽ gratum ac acceptum eſt ſtudium veſtrum, quod in illo

periculo

periculo ei ſtudijs veſtris non defuiſtis, illaq; ſignifica-
tione animorum veſtrorum non ſolum ei omnem ca-
lamitatem detraxiſtis, ſed dignitatem auxiſtis, pro qua
re vna cum Rege Philippo nil niſi de veſtris commo-
dis, de ſalute Reipub. veſtræ cogitabit, vobiſq; omni-
bus pacem, cõcordiam, tranquillitatem, offert. Magna
hæc ſunt, ac iudicio meo prope diuina, ſed & non mi-
nus illud quod principes veſtros ſummi ordinis, qui le-
ges veſtras, libertatem veſtram, Religionem contra il-
los importuniſſimos Tyrannos non ſine periculo vitę
ſuæ tutati ſunt iterũ ſaluti, priſtinæ dignitati reſtituit.
En adeſt Pręſus Vintonienſis qui poſt illam inſignem
calamitatem magis ad poſteritatis memoriam glorio-
ſam quam ad quotidianum mœrorem ac luctum acco-
modatam omnia recuperauit libertatem, religionem,
inſignia honoris ac dignitatis, qui tot annos carcerem,
vincula perferre maluit, quam de Chriſti Religione a-
liqua vi aut terrore deici. O præclarum præſulem. O
Conſtantiam omni laude dignam, o facinus illis patri-
bus comparandum qui Religionem Chriſti ſanguine
ſuo tutati ſunt. Quem cum confoſum, iugulatum om-
nes putarunt ob inſignem fidem ac pietatem in Reli-
gionem Chriſti non ſolum erectus eſt, ſed & priſtinæ
dignitati reſtitutus. Sed quoniam paulo me mea ora-
tio logius prouexit, neque inſtituti mei eſſe oblitus vi-
dear: quippe de matrimonio tuo Rex Philippe a me

hæc eſt

hæc eſt ſuſcepta oratio, ac quātum iudico ea quæ a me ſunt propoſita de his ſatis dictū eſt ſi tenuitatem meū dicendo ſpectes, pauca ſi dignitatem ac autoritatē nominis tui, ac tantam magnitudinem virtutum tuarum. Quare ne quicquā huic orationi de eſſe videatur, quoniamq; illa oratio mea ad populum Anglicum pertinebat: ac vt hunc animum tam omnium principum in hac Repub. Anglorum, quam exterorum quem in te tam ob virtutes præclaras patris tui, quā tuas habent confirmarē, te primo alloquor præſentē, deinde principes Angliæ, poſtremo exteros vt etiam facilius illa in eorum animis quæ a me de bello Turcico dicta ſunt inhereant. Ac te quidē vt primo & eo amore, & pietate in Reginam Mariam qua cum cōiunctus es ſis, quam iura ac leges matrimonij requirunt, deinde vt quā amplíſſimis regnis te dij immortales præfecerint apud temetipſum conſideres, poſtremo vt ita omnibus pręſis, vt omnes legibus, libertate retentā te ſibi principem diuinitus eſſe datum gaudeant. Accipies tu quidē a Carolo patre ampliſſima Regna, ſuccedis ipſius viue ac florenti virtuti: ſed quidem hæc ita omnia ampla ſunt, vt a te ampliora adhuc requirantur. Pater quidē tuus Carolus tot præſtantiſſimis ſuis victorijs iecit ſolum fundamēta Rerumpub. nihil ob tantam magnitudinē bellorum, ac ob Chriſtianorum principum factiones perfecit, tibi eſt vni huic pulcherimo incepto ædificatio

vltima

vltima manus inponenda, tibi omnia excitanda, leges, iudicia, religio, ars militaris, omnia genera artium sine quibus hæc tua Regna stare non possunt, præsertim vero in hoc nobilissimo ac præclarissimo Regno Angliæ quod per hosce annos tot tantisque seditionibus misere vexatum est, vt tandem hac eximia virtute tua ac excellẽti gens Anglica recreata pristinæ dignitati ac splendori restituatur. Vides Religionem Christi ex sedibus suis expulsam, vides amplissimas tot opes Ecclesiarum quæ sunt a maiorbus huiusce Regni in subsidium egentium collatæ esse ab illis furijs direptas, vides tot millia hominum fame tabescentium ad quorũ calamitatem leuandã illa conferri debebant. Quapropter omnes in te ora sua conuertunt, omnes oculos defigunt, qui a te auxilium, præsidium saluti ac vitæ suæ petunt, quorum tu nonsolum voluntati, seditiam animo satisfacere debes. Quid enim sibi tot insignia regnorum tuorum volunt? quid maiestas ac splendor tuorum regnorum? quid tam amplæ opes? quid omnium in te conuictus? quid fauor? nisi vt ad te vndiq; omnes confluant, quorum tu vitam, salutẽ præsidijs tuis tueri ac defendere debes. Hoc est præcipuũ tãti munus Regis, erigere afflictos, subuenire miseris, ferre opem patriæ, succurrere omnium saluti, tueri leges, defendere sacra ceremonias, religionem. Hæc vera laus, hęc gloria, quæ fixa altissimis radicibus nulla vi labefactari, nul-

lo loco dimoueri poteſt, qua ille ſanctiſſimus Hercules nixus in deos relatus eſt, qua tot illi ſummi Monarchę qui ſumma cum laude Reſpub. ſuas adminiſtrarunt. Nec ego te regna vna manu appræhendere, altera amittere volo: ſed vt ſolum quæ a patre accipies conſeruiares, in quibus conſeruandis non minor virtus eſt ac aquirendis, vtq; eam laudem conſequaris ex hac proſcriptione Lutherani ac Zuingliani dogmatis, quam auus tuus Ferdinandus maternus ex illa proſcriptione Iudeorũ ex ſuo Regnõ, Cõſtantinus ille Magnus, Theodoſius, ac tot præſtantiſſimi imperatores, pater denique tuus, Attauus Maximilianus omnium in ore gentium habentur, omnium ſumma maximaq; laude celebrantur. At qua de cauſſa? niſi quod Chriſti Religionem ſunt tutati, niſi quod Repub. ſuis ita præfuerunt, vt ex eorũ dominatione nil niſi pax, libertas, ſalus omnium conſecuta ſit, qua de cauſſa & illi immortalitatem conſecuti ſunt. O fœlices illos ac beatos, O memoriã eorum ſempiternã, O te fœlicem ac beatum qui illis imperatoribus ortus, tot exempla ad imitandum domeſtica habeas. Sed quid ego te oratione adhorter, cũ tua hæc præſtans ac eximia virtus hinc te a puericia tua adhortata eſt, cum ita tuis præſis vt nil niſi ab omnibus in ſumo maximoq; amore habearis, cum nihil ſine horum conſilio quos tibi ſumma prudentia ac longo vſu rerũ exercitos adiunctos habes agas. En tibi adeſt princeps

de Alba quẽ amplitudinis ac honoris causſa nomino cuius nominis fama omnes partes orbis terræ ob tot præclaras ac præstantes virtutes percrebuit. En Consoloperius vir omniũ iudicio & doctissimus, & sapiẽtissimus, & in te animo fideli. En alij quãplurimi quos a me nõ est necesse nominatim pferre. Quare perge nec in bene administrãda repub, in totq; bonis viris colendis noli defatigari. Deinde vos principes Angliæ, vt cum talem Regem habeatis Philippum qui nil nisi de vestris commodis, de hac vestra augenda ac amplificanda Repub. cogitat, ita vt sum populum Anglicum paulo ante cohortatus, ita et vos moneo ac hortor vt ea fide, eo amore, & in Regem vestrum, & in Reginam sitis, qua vos ipse deus opt. max. esse voluit, ne posthac motis inter vos tot tantisque discordijs in similes calamitates incidatis, spretoq; Rege vestro vos gladius domini deuoret, qui contemptum ministrorum suorum grauiter vlciscitur. Satis iam discordiorum satis cædiũ pertulistis, satis tot odiorum, simultatum, satis bellorũ quibus hæc Respub. vestra misere afflicta ac vexata dolenter opem vestram implorat, vt tandem hisce discordijs inter vos obliuione sempiterna deletis nil nisi inter vos pax, concordia sit, idem amor, eadem fides in Philippum Regẽ quæ cuiq; optimo principi debetur. Delete hanc turpitudinem quæ in visceribus Reipub. vestræ tot sæculis inueterauit, vt nullus annus erat in

quo aliqui vestri ordinis nõ essent capitis damnati, quę quidem est vestri ordinis summa maximaq; infamia. Quod quæso hoc in regno Duces erant, qui hac in Republ. ferme autoritate Regia armati volitabant, quos magni comitatus sequebãtur, eorum tamen capita iam cruci suffixa conspiciuntur, ac qui ob fastum suum homines vix aspiciebant, os crudelissimi carnificis intueri eiq; supplices ceruices suas præbere coacti sunt, O cæca ambicio quo nos adducis, O caduce dignitates quo nos non præcipitaris. Nec eo dico vt aut huic fidei vestræ diffidere, aut aliqem vestrũ hac turpitudine notare velim, qui quod quod estis nil nisi præclaro ac egregio animo in Reges vestros extitistis: sed vt illud semper apud vosmetipsos consideraretis quam sit res salutaris Reges suos amare, contra vero eos aliquid moliri periculosum. Nonulla memini, nonulla legi, hoc tamen vnum ex omnibus sum consecutus tot gentium amplas opes ac magnitudinem Regnorum ex sola cõcordia principum ac amore in suos Reges creuisse, ex discordia vero ac odio in Reges suos dissipatas ac tot excidium Regnorũ consecutũ fuisse. Quapropter principes Angliæ, nonsolum vobis illa sunt curanda amor in Regem vestrum, concordia, sedetiam temeritas cõcitatæ multitudinis autoritate vestra vobis coercenda ac refrenanda, ne cum tanta multitudo exterorum qui in hanc vrbem vestram confluxerunt sit, ne aliqua se-

ditione orta Respub. vestra aliquod grauissimum detri mẽtum paciatur. Sit vobis idem Hispanus qui & Anglus, pateat omnibus locus, aditus, qua re vnica videmus multarum gentium opes creuisse. Quis non scit apud Græcos ac Romanos eundem fuisse Græcum ac Romanum? Nec vero gentibus reliquis Rempub. suam præcludebant sed cum eis firmata amicitia, firmatis fœderibus idem erat Romanis ciuis Gaditanus, Carthaginensis qui & Romanus. Qua vnica re vt a me commemoratum est, quis non scit Rempub. eorum creuisse ac deminos totius orbis terrarum factos fuisse? quanto vero vos id multo magis facere decet, cum iam gens Hispanica non aliquo fœdere, aut amicitia vobis adiuncta sit, sed imperio vnius Regis consociata. Postremo vos absentes Christiani principes appello, quæ & quanta vtilitas ex hoc matrimonio ad vos promanauit apud vosmetipsos quæso considerate, ac isdem discordijs, ciuilibus bellis quæ hinc a longo tempore omnia Regna, omnes Respublicas euerterunt omissis, communibus viribus iunctis his contra teterrimum hostem Turcum vtimini, qui tot Regna vestra perscelus ac fraudẽ obtinet, qui tot Reges, tot Principes eidem fidei consecratos cui & vos estis crudelissime necauit, qui tot exercitus in Vngaria vestros interemit, fudit, vicit, proflugauit, ac contriciauit. Eripite potius ex eius iugo grauissimo ac

acerbiſſimo ſeruitutis illis armis tot millia hominum qui Chriſtum ſiciunt, quibus in voſmetipſis iugulandis vtimini, exſuſcitate veſtrorum maiorum illam ſepultam virtutem, qua illi non in Repub. ſua vaſtanda vſi ſunt, ſed in tot ab ipſius ſalute propulſatione. Præſertim cum ad it Carolum Cæſarem, talem Ducem ac principem habeatis, qualem nunquam habitaui eſtis, cuius vos facta admirari decet, inueterate ac tot annis confirmatæ gloriæ non inuidere. Qui cum multa in Rempub. veſtram beneficia contulerit, tum nullū maius potuit, niſi quod vobis hunc Philippum Regem reliquerit, hæredem tot ampliſſimorum Regnorum, æmulum ſuarum virtutum, imitatorē laudis auitæ ac maiorum ſuorum, quem vos amare, colere, venerari decet. Quid enim hoc principe eſt melius? quid humanius? quid facilius? quid deniq; generoſius? agite ſane quid vultis, nil niſi omnia in perniciem veſtri eſtis facturi, non poteſt Auſtrica domus ruere, quā quod prius vos non concidatis. Fruſtra eſt quod de connubio ſacerdotū tot bella moueatis, cum crudeliſſimus hoſtis Turca, iam iam iugulis vxorū veſtrorū imínet. Fruſtra quod de Religione veſtra toties iugulata tot tātaſque tragedias, cum arma Caroli Cæſaris, quam hęc lit ipſi deo opt. max. inuiſa, quā omnibus mortalibus ingrata docuerunt, cum tot calamitates Reipub. veſtræ ab ea illatæ. Fruſtra quod plus Regi Gallorum fidatis aut

cum eo

cum eo federa, amicitius iungatis, frustra est quod sese libertatis vestræ defensorem ac protectorem inscribat qui quicquid facit, si auxilia cõtra Carolũ vobis prębet, non eo vt rerum vestrarum statum florentem videat facit, sed vt vobis paulo post oppressis se ipsum Monarchã constituat. Documẽto vobis esse potest illa calamitosa ciuitas Medensis, ac illa vestra contra Carolum cum eo conspiratio, quę cum sese fidei ipsius commisset, quæ cum vt Regem non crudelissimum Tyrannũ portis patefactis excepisset, bonus Rex statim omnibus expulsis fortunis ereptis, præsidijs collocatis eam seruituti suę subiecit, O fides, O iura belli, O sanctimonia Romanorũ qui & hosti fidem datam cõseruarunt, ad Medenses nõ hostes erant, sed sese patrocinio Regis Gallorum commiserant, socij vestri quicum eo ac vobiscum fœdus inirant. Isdem technis Argẽtoratenses aggredi voluit, qui edocti calamitate Medentium hunc a menibus suis repulerunt, at Carolo Cæsaræ excepto iura ac libertatem obtinuerunt. Sed ne diutius quam par est oratione mea vos detineam, pro amore meo & in vos, & in Rempub. vestrã, primo ipsi deo opt. max. summas perpetuasque gratias & ago & habeo, qui hanc mentem Reginæ vestræ Mariæ iniecerit, quod a Religione Christi ac maiorum suorũ nulla vi, aut procella sese passa est dimoueri, ac quod hoc matrimonium cum Rege Philippo confecerit. Deinde

vt id

vt id in incolumitatem ac salutem Reipub. vestræ cædat. Postremo vt vos sumpto Rege vestro, illiusq; capiti diademate impositio, ille vestram Rempub. salutē, libertatem, leges, Religionē tueatur ac defendat. Cuius quocies facta, virtutem, hanc denique naturæ præstantiam, immortalitate dignam penitus apud memetipsum considero, grauiter acerbeque fero hæc omnia in hoc ipsius mortali corpore sita esse.

(.•.)

Pascitur in viuis liuor post fata quiescit
cum suus ex merito, quemq; tuetur honos.

Cum incides optime lector in narratione in nomen principis Semeriæ, sane ex alijs intellexi curam Regis Edouardi illi a Henrico Rege patre non fuisse commissam, sed vniuerso senatui, quæ postea erat delata ad eum, ac si ille moreretur vt tandē Mariam hanc in Reginam cooptarēt. Reliqua feliciter legas ac bonis consulito. Etenim in tam vasta oratione difficile est omnibus satisfacere.